



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Disputatio IX. De Sacramento Extremæ Unctionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73429)



DISPUTATIO IX.
DE SACRAMENTO
EXTREMÆ
UNCTIONIS.



Vocatur hoc Sacramentum, *Extrema Unctio*, vel ratione subjecti, quia exhibetur extremè laborantibus seu in exitu vitæ constitutis: *Vnde* (inquit Trident. sess. 14. de hoc Sacramento c. 3.) *et Sacramentum exeun- tium nuncupatur*; vel respectu præcedentium unctionum, quæ solent adhiberi in Baptismate, Confirmatione & Ordine: vel denique comparatione aliorum Sacramentorum, quoniam ultimo loco ordinariè suscipitur.

Tractatur nihilominus de eo immediatè post Pœnitentiam, ante Sacramentum Ordinis, & Matrimonii, quia (ut loquitur Trident. supra in proemio) *non modò Pœnitentiæ, sed et totius Christianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentiæ esse debet, consummativum existimatum est à Patribus.*

Definitur autem à Scoto 4. dist. 23. q. unicâ n. 3. *Unctio hominis infirmi pœnitentis, facta in determinatis partibus corporis, cum oleo consecrato ab Episcopo, ministrata à Sacerdote, simul verba certa cum intentione debita profere- re, ex institutione divini efficaciter significans curationem finalem venia- lium. Et prosequitur dicens: Ista ratio apparet bona; quia non est in se falsa ex 5. Metaphys. c. 17. quia nulla pars ejus repugnat alteri.*

De hoc itaque Sacramento instituitur præsens Disputatio, quam in tres Sectiones dividemus. Prima erit de ejus Institutione & Materia; Secunda de Forma & Effectu; Tertia de Ministro & Subjecto.

1.
Quæ de hoc Sacramen- tum vocetur Extrema Unctio. Trident.

Quæ de eo tractetur ante Sacramentum Ordinis & Matrimonii.

2.
Definitio ejus ex Scoto.

SECTIO PRIMA.

De Institutione & Materia Extrema
Unctionis.

3.
Christus
quovis tem-
pore provi-
dit feris
suis de salu-
taribus re-
mediis.
Trident.

Clementissimus Redemptor noster (Tri-
dent. auditis supra in Prooemio) qui
feris suis quovis tempore voluit de salu-
taribus remediis adversus omnia omnium
hostium tela esse prospectum, quemadmo-
dum auxilia maxima in Sacramentis aliis prepara-
vit, quibus Christiani conservare se integros, dum
viverent, ab omni graviore spiritus incommodo pos-
sint; ita Extrema Unctionis Sacramento finem vite,
tamquam firmissimo quodam presidio munivit.

Itaque misericors Redemptor noster Chri-
stus, non tantum instituit Sacramenta, quibus
tamquam salutaribus remediis juvemur in Ec-
clesiæ ingressu, & progressu; sed etiam pro-
gressu ex hac vita hoc Sacramentum instituit,
quo tamquam firmissimo quodam presidio
contra adversarium muniamur, qui tunc ad nos-
tram perditionem præcipue omnes suæ versu-
tiæ nervos intendit, ut supra Trident. elegan-
ter exprimit dicens: Nam etsi adversarius noster
occasions per omnem vitam quarat & capret, ut
devorare animas nostras quoquomodo possit, nul-
lum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes
suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitus,
& à fiducia etiam, si possit, divinae misericordiæ
deurbandos, quàm cum impendere nobis exitum vite
perspicit.

Interim quia nihil est tam apertum rectis
oculis Catholicorum, quod distorti oculi Aca-
tholicorum non distorquent, & quod non pro-
more suo, Hæretici, dum rationibus & aucto-
ritate rejicere nequeunt, irrisionibus & figmen-
tis explodere saragunt, hinc erit

CONCLUSIO I.

Extrema Unctio est verum & pro-
prium Sacramentum novæ Leg-
is, immediatè à Christo insti-
tutum (incertum quo tempore)
per Jacobum autem promul-
gatum.

4.
Doctrina
Conc. Trid.
de institu-
tione hujus
Sacramenti.

Ita novissimè docet eisdem ferè verbis Con-
cil. Trident. supra c. 1. in principio dicens:
Instituta est autem sacra hac Unctio infirmorum,
tamquam verè & propriè Sacramentum novi Testa-

menti à Christo Domino nostro, apud Marcum quod-
dam insinuatam, per Jacobum autem Apostolum ac
Domini fratrem fidelibus commendatam, ac promul-
gatum.

Et can. 1. sequentis tenoris: Si quis dixerit
Extremam Unctionem non esse verè & propriè Sacra-
mentum à Christo Domino nostro institutum, &
à B. Iacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum
acceptum à Patribus, aut figmentum huma-
num; anathema sit.

Hanc Catholicam veritatem prius definita
Eugenius IV. in Conc. Florent. consentiente
Ecclesiâ tam Græcâ, quàm Latînâ, qui con-
sensus sufficere debuisset ad claudenda ora Hæ-
reticorum & ostendendam antiquitatem hujus
Sacramenti; utpote usurpatum non tantum
apud Romanos, quos ipsi vocant Antichristos,
sed etiam apud Græcos, qui antiquitatem ma-
ximi erant observatores.

Itaque Eugenius in suo Decreto Lige-
ntione Jacobinorum & Armeniorum sic ait
Novæ legis 7. sunt Sacramenta, scilicet Baptis-
mus, Confirmatio, Eucharistia, Penitentia, Extrema
Unctio &c.

Et infra: Quintum Sacramentum est Extrema
Unctio, cuius materia &c. De hoc Sacramente la-
berur Jacobi 5.

Immo (quod notandum est) Græci, etiam
Schismatici, à multis jam sæculis à Latinis Ec-
clesiâ separati ac divisi, tenent, Extremam
Unctionem esse verum novæ legis Sacramen-
tum; Hieremias namque Patriarcha Constan-
tinopolitanus (ut observant Bellarminus
Estius & alii DD. Catholici) consultus à Lu-
theranis tam de hoc Sacramento quàm de aliis
quæ Protestantes controvertunt, idiplum quod
Ecclesiâ Romana servat ac docet, etiam apud
iplos servari & doceri, disertissimè professus.

Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus
(inquit Bellar. to. 3. lib. de Extre. Unct.
c. 4.) in responsione ad Confessionem Luthera-
norum c. 7. ponit septem verè & propriè Sa-
cramenta, ac dicit, non esse plura, nec pau-
ciora, & inter ea ponit Extremam Unctio-
nem, tamque divinum Sacramentum vocat. &
ab Apostolo Jacobo explicatum dicit.

Quis Catholicorum adhuc audeat dubitare
& dicere: Fortè Extrema Unctio non est verè
& proprium Sacramentum novæ legis, sed
possibile est, inquit Doctor Subtilis supra n. 2. non
Deum finaliter remittere venialia: ergo possibile est

sibi institui signum efficacis istius remissionis. Consequenter patet, quia possibile est hominem instituire signum efficacis practicum cuiuscumque operis sui: ergo multo fortius est Deo possibile, & ita potest quodcumque signum sensibile, cuius institutio non includit contradictionem, instituire tamquam signum practicum efficacis istius effectus.

Hoc etiam congruum est, recessurum scilicet ab hac vita, finaliter a venialibus absolvi: quia ista non remissa, essent impedimentum gloria consequenda, & non remissa possunt esse usque ad exitum, quia peccator quasi continet peccata talibus peccatis.

Hoc etiam factum est. Probatur ex illo verbo Iacobi 5. Si in peccatis est, remittentur ei. Non intelligit de mortalibus, quia hoc non remittuntur, nisi in Baptismo vel Penitentia: ergo de venialibus. Sit ergo prima Conclusio, quod respectu finalis remissionis venialium convenit esse, & potest esse, & est Sacramentum nove legis. Hactenus Scotus.

Breviter: Extrema Unctio est signum sensibile, ex institutione divina efficaciter significans gratiam; ergo est verum & proprium Sacramentum nove legis. Antecedens probatur ex Iac. 5. v. 14. & 15. Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.

Quibus verbis (inquit Trident. supra cap. 1.) ut ex Apostolica Traditione, per manus accepta, Ecclesia dicitur, docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum huius salutaris Sacramenti. De quibus infra propriis locis.

Hic sufficiat, unctioem olei cum oratione Sacerdotis (quæ expressè legitur in illis verbis) esse signum sensibile seu ritum externum. Quod autem significet efficaciter gratiam; quomodo clariùs potuisset Iacobus significare, quàm dicendo: Et si in peccatis sit, remittentur ei? Nam peccata, etiam venialia, non remittuntur in hac vita (ut alibi latius probavimus) absque infusione nove gratiæ habitualis.

Denique institutionis Auctorem (inquit Alex. White in Redargutione Schismatis Anglicani cap. 26. sect. 3. §. 2.) habemus in verbis: Et orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini, id est, auctoritate Domini, & ritu à Domino instituto, ut patet ex locis similibus Act. 10. v. 48. Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Et cap. 19. v. 5. His auditis Baptizati sunt in nomine Domini Iesu.

Sed ab Aliis aliter explicantur hæc verba, ut putà de invocatione nominis Iesu in forma Baptismatis; veluti communiter explicantur illa verba: Baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti, de invocatione Patris, & filii, & Spiritus sancti in eadem forma.

Dici ergo posset Auctorem institutionis satis haberi in illis verbis: Et si in peccatis sit, remittentur ei. Nam sicut remissio peccatorum propria est Deo, ita etiam institutio illius signi, quod peccata remittit.

Itaque ex verbis Iacobi, prout semper intellecta fuerunt ab Ecclesia Catholica, habetur, quod Extrema Unctio sit signum sensibile, ex institutione divina efficaciter significans gratiam.

Qui sanè perpetuus intellectus non parùm probatur ex Innocentio I. Papa in Epistola ad Decentium Eugubinum Episcopum c. 8. ubi, post recitata Iacobi Apostoli verba, subiicit: Quod non est dubium, à fidelibus egrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo Chrysmatis perangi possunt, quo ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus usi (passivè) Christianis licet in sua aut suorum necessitate inungendo.

Quod autem hæc Unctio sit de numero Sacramentorum, post pauca apertius testatur, dicens: Nam penitentibus (publicè) istud infundì non potest, quia genus est Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?

Denique ibidem hortatur Decentium, ut de hoc Sacramento, sicut de aliis consultis, in Ecclesia sua Romanam consuetudinem servet: His ergo (inquit) frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus, respondere curavimus, ut Ecclesia tua Romanam consuetudinem, à qua originem ducit, servare valeat atque custodire.

Accedat testimonium D. Aug. Serm. 215. de Temp. ibi: Quoties aliqua infirmitas supervenerit, Corpus & Sanguinem Christi ille, qui egrotat, accipiat, & inde corpusculum suum unget (passivè, id est, ungetur) ut illud quod scriptum est, impleatur in eo: Infirmatur aliquis, inducat Presbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Videte fratres, quia qui infirmitate ad Ecclesiam cucurrerit, & corporis sanitatem recipere, & peccatorum indulgentiam merebitur obtinere.

Idem docet Auct. Tract. de Rectitudine Catholice conversationis apud Divam Augustinum to. 9. ibi: Qui egrotat in sola Dei misericordia confidat, & Eucharistiam cum fide & devotione accipiat, oleumq; benedictum fideliter ab Ecclesia petat, unde corpus suum ungetur, & secundum Apostolum: Oratio fidei salvabit infirmum &c.

Gregorius etiam I. to. 5. in lib. Sacram. non tantùm describit modum & formam conficiendi oleum infirmorum, sed etiam formam & ritum administrandi Sacramentum Extreme Unctionis tradit.

Quid dicam de Chrystostomo? lib. 3. de Sacerdotio, hoc Sacramentum quoad effectum

E e e cum

Uti etiam congruit.

Immo & ipsa institutio.

8. Extrema Unctio est verum & proprium Sacramentum. Probatur ex verbis Iac. 5.

Quibus docetur materia, forma, minister & effectus huius Sacramenti. Trident.

9. Uti etiam Auct. institutionis. White.

Act. 10. v. 48.

Sed ab Aliis aliter explicantur hæc verba, ut putà de invocatione nominis Iesu in forma Baptismatis; veluti communiter explicantur illa verba: Baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti, de invocatione Patris, & filii, & Spiritus sancti in eadem forma.

10. Hic intellectus verborum Iacobi probatur ex Innocentio I.

11. Item ex D. Augustino.

Et alio Auct. apud D. Augustinum to. 9.

12. Confirmatur ex Gregorio primo.

Et S. Chrystostomo.

cum Baptismo comparat, dum inter alia Sacerdotum dignitatem commendans, ait: Neque enim solum cum nos regenerant, sed postea etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent. Infirmatur; inquit, inter vos aliquis, accersat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & obsecratio fidei saluum reddet laborantem, & eriget eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei.

13. Accedit testimonium Origenis,

Et his omnibus antiquior Origenes, agens de multiplici peccatorum remissione, ex hoc Iacobi loco Sacerdotibus tribuit potestatem remittendi peccata. Est (inquit Tom. 1. Homil. 2. super Levit.) adhuc & septima, licet dura & laboriosa, per penitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis stratum, & sunt ei lacryma sua panes die ac nocte, & cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & querere medicinam &c. Et statim post Sacramentum Penitentiae, perstringens quasi Extremam Unionis Sacramentum, quod est consummativum Penitentiae, subiungit: In quo impletur & illud, quod Iacobus Apostolus dicit: Si quis autem infirmatur, vocet Presbyteros Ecclesie, & imponant ei manus, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum: & si in peccatis fuerit, remittentur ei.

Merito ergo Mart. V. in Concilio Constantiensi Generali decrevit, ab eis, qui de haeresi essent suspecti, quaerendum: Virum credant, quod Christianus, contemnens susceptionem Sacramentorum Confirmationis, vel Extremae Unionis, peccet mortaliter. Probè quippe noverat veritatem Catholicam, nec ignorabat, à plerisque Haereticis eam negari.

14. Respondent Haeretici ad verba D. Iacobi Epistolam illam non esse Canonicam, eò quod iste Iacob. non fuerit Apostolus.

Sed quo putas fundamento Haeretici negant hoc Sacramentum? Quid respondent ad verba Iacobi Apostoli? Imprimis afferunt, Epistolam illam non esse Canonicam. Quod probatur primò; quia Iacobus Episcopus Hierosolymitan. qui creditur Auctor illius, non fuit Apostolus, ut constat ex Hieronymo in Comment. cap. 1. ad Galatas, ubi dicit, graviter errare eos, qui dicunt, Iacobum istum esse unum ex duodecim.

Sed hoc argumentum innititur manifesto mendacio, ut ostendo ex Hieronymo, qui loco citato sic ait: Vnde vehementer erravit, qui arbitratus est, Iacobum hunc de Evangelio, esse Apostolum fratrem Ioannis, quem constat post Stephanum iuxta fidem Actuum Apostolorum sanguinem fuisse pro Christo. Ergo graviter errant, qui dicunt, Iacobum istum esse unum ex duodecim; qualis Consequentia?

15. Oppositum ostenditur ex D. Hieronymo.

Immo gravissimè errant, qui oppositum dicunt; nam, teste eodem Hieronymo in lib. adversus Helvidium: Nulli dubium est, duos fuisse Apostolos, Iacobi vocabulo nuncupatos, Iacobum Ze-

bedaei, & Iacobum Alphaei. Istum nescio quem minorem Iacobum, quem Maria filium, nec tamen Matris Domini, Scriptura commemorat, Apostolum esse, an non? Si Apostolus est, Alphaei filius erit, & creditus in Iesum, & non erit de illis fratribus, de quibus scriptum est: Neque enim tunc fratres ejus credebant in eum. Si non est Apostolus, sed tertius nescio quis Iacobus, quomodo est frater Domini putandus, & quomodo tertius ad distinctionem maioris appellabitur minor, cum maior & minor non inter tres, sed inter duos soleant probere distinctionem, & frater Domini, Apostolus sit Paulus dicente: Deinde post triennium veni Hierosolimem videre Petrum, & mansi apud illum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Et in eadem Epistola: Et cognita gratia, quae data est mihi, Petros & Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnae ecclesie. Ne verem hanc putes Iacobum filium Zebedaei, legi Actus Apostolorum. Tam ab Herode fuerat interceptus.

Et verò quid illustrius, quam Matth. in cap. v. 3. duos Iacobos numerari inter duodecim Apostolos, Iacobum Zebedaei, & Iacobum Alphaei? Ergo vel unius Apostoli nulla sit memoria in Ecclesia, quod est absurdissimum; vel Iacobus Alphaei ipse est Auctor hujus Epistolae: nam solius Iacobi Zebedaei & Iacobi, qui scripsit hanc Epistolam, meminit Ecclesia.

Probatum secundò: quia Auctor hujus Epistolae non utitur solitè Apostolorum salutatione, sed profano more tantum dicit: Iacobus Dei & Domini nostri Iesu Christi servus, de quibus tribus quae sunt in dispersione salutem.

Respondet Bellarm. lib. 1. de verbo Dei cap. 18. Si ista profana salutio censenda est, illam esse habendam magis per se, quam quae habetur Act. 15. Apostoli & fratres huius, qui sunt Antiochia, Syria & Cilicia fratribus ex Gentibus salutem. Atqui ecclesiae Catholicae hanc salutationem ut probam reprehendere auctoret: igitur neque illam Iacobi ullus ut profanam reprehendere debet.

Longior essem, si omnia argumenta contra hanc Epistolam vellem referre. Videtur possunt apud Bellarm. loco citato, non enim est controversia propria huic loco, & ideo huius est controversia, tantumque dico; illam Epistolam novissimè à Conc. Trident. sess. 4. suscipi pro sacra & canonica.

Dico: Novissimè; quia priùs pro simili suscepta fuit à Conc. Laodicensi, Carthagenensi III. & Florentino; ut proinde jam non liceat nobis aliud sentire (estò aliquando licet non fuisset) nam ait Trident. supra: Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris &

canonicis non susceperit, & traditiones predictas sciens & prudens contempserit; anathema sit.

Et gratiam, quæ invisibiliter anima egrotantis inungitur, representat.

18. Hæretici dicunt, ritum istum unguendi istum unguendi, quem ibi insinuat Jacobus, solum institutum fuisse ad curationem corporum per donum miraculorum, quod tunc erat in Ecclesia, & jam cessavit.

Præterea, quàm absurda & inepta sit illa interpretatio Hæreticorum, probatur ex aliis rationibus. Prima sit; quia Iacobus loquitur de unctioe, quæ est propria baptizatis: *Infirmatur, inquit, quis in vobis? scilicet qui fideles, estis, ut supra explicat Innoc. I. Porro fideles phrasi Ecclesiæ Catholice, baptizati demtaxat vocantur, ut patet ex Conc. Trident. sess. 14. c. 5. ibi: Ad quos omnia mortalia crimina deserantur, in quæ Christi fideles (id est, baptizati) ceciderint. Et infra: Itaque, dum omnia, quæ memoria occurrunt peccata Christi fideles (id est, baptizati) confiteri student &c.*

21. Aliæ rationes, quibus probatur absurditas illius interpretationis hæreticorum Primæ Trident.

Probatur ex Mar. 6. cap. v. 12. & 13. Et exiunt (Apostoli) predicabant, ut penitentiam agerent; & demonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos egros & sanabant. Utique corporaliter. Quid clariùs dici poterat?

At verò non dubium est, usum doni sanationis spectasse etiam ad infideles & non baptizatos, ut patet Act. c. 28. v. 8. & 9. ubi sic lego: *Contigit autem patrem Publii (hominem utique barbarum) febribus & dysenteria vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit: & cum orasset, & imposuisset ei manus, salvavit eum. Quo facto omnes, qui in Insula habebant infirmitates, accedebant & curabantur. Insula autem illa vocabatur Melita, ut patet ex v. 1. ejusdem cap. Et cum evasissemus, tunc cognovimus, quia Melita Insula vocabatur. Barbari verò prestabant non modicam humanitatem nobis.*

Ufus doni sanationis spectavit etiam ad infideles.

Unde Trident. supra c. 1. dicit hoc Sacramentum, apud Marcum quidem insinuatam, per Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum fuisse. Sed apud Marcum non insinuat, nisi donum curationis corporum, & non animorum; ac proinde non est promulgatum verum Sacramentum, quod necessariò respicit curationem animæ.

Et cum Barbaros illius insulæ Paulus curaret, Trophimum tamen fidelem, Mileti infirmum, sanitati non restituit, ut ipsemet scribit 2. ad Timoth. 4. v. 20. *Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.* Similiter non curavit Timotheum infirmum, sed scripsit ei: *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere, propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* 1. ad Timoth. 5. v. 23.

22. 2. Timoth. 4. 1. Timoth. 5.

19. Respondeo; apud Marcum per sanitatem corporum, quæ ibi conferebatur ab Apostolis, & etiam subinde confertur in hoc Sacramento, ut suo loco latius explicabitur, insinuat sanitas animæ, quæ ibi non conferebatur per unctioem; & ideo unctio tunc non erat verum Sacramentum; hic autem confertur, & ideo unctio nunc est verum Sacramentum.

Sciebat utique Paulus, apud quos dono miraculorum utendum esset, vel non utendum. Dicit enim 1. Cor. 14. v. 22. *Itaque, lingue infidelium sunt non fidelibus, sed infidelibus; prophetia autem non infidelibus, sed fidelibus.* Itaque ineptè intelligunt Hæretici verba Apostoli Iacobi de dono miraculorum seu curationis corporalis.

1. Cor. 14.

Itaque Sacramentum, quod apud Marcum erat insinuatam, scilicet unctio ad sanitatem animæ, promulgatum fuit per Iacobum Apostolum; dum non tantum meminit sanitatis corporalis, sed etiam spiritualis per infusionem gratiæ sanctificantis ibi: *Et si in peccatis sit, remittentur ei.* Imò etiam verba illa: *Et oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus,* secundum Patres Conc. Florentini & Tridentini præcipuè de sanitate mentis intelligenda veniunt; de corporis verò sanitate, non nisi interdum, & ubi animæ salutari expedit. Cùm enim (ut rectè observat D. Aug. Ench. c. 66.) totum quod salutaribus agit Sacramentis, magis ad spem futurorum bonorum, quàm ad retentionem vel adeptionem presentium pertineat; non conveniebat absolute fidelibus per hoc Ecclesiæ Sacramentum, nec per ullum aliud, promitti salutem corporis, nisi quatenus ad animæ salutem, & adipiscenda cælestia bona conduceret.

Quod probò aliâ ratione; quia donum illud curationis erat donum speciale, neque omnibus; neque solis Sacerdotibus seu Presbyteris concessum, 1. Cor. 12. v. 9. *Alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia sanctorum in uno Spiritu.* Et v. 30. *Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum?* Ergo malè dixit Iacobus generaliter sine ulla exceptione: *Inducat Presbyteros Ecclesiæ,* sed dicere debuisset: *Inducat eos, qui habent gratiam curationum.* Nam etiam Laici & femine possunt habere illam gratiam, & aliqui Presbyteri eam non habere.

23. Secunda ratio 1. Cor. 12.

Itaque præcipuus effectus huius Sacramenti est Spiritus sancti gratia, quæ invisibiliter anima egrotantis inungitur, ut infra diffusius dicitur. Et ideo convenientissimè in unctioe institutum est: *Nam unctio (ut or verbis Trid. supra c. 1.) aptissimè Spiritus san-*

Tertia ratio est; quia Apostoli per gratiam curationis non solum sanabant infirmos, sed etiam cæcos & claudos. Act. 3. v. 6. 7. & 8. *Ecc 2*

24. Tertia ratio. Act. 3.

20. Illa verba sunt. Et oratio fidei &c. præcipuè significat sanitatem mentis.

S. Augustinus. totum quod salutaribus agit Sacramentis, magis ad spem futurorum bonorum, quàm ad retentionem vel adeptionem presentium pertineat; non conveniebat absolute fidelibus per hoc Ecclesiæ Sacramentum, nec per ullum aliud, promitti salutem corporis, nisi quatenus ad animæ salutem, & adipiscenda cælestia bona conduceret.

Itaque præcipuus effectus huius Sacramenti est Spiritus sancti gratia, quæ invisibiliter anima egrotantis inungitur, ut infra diffusius dicitur. Et ideo convenientissimè in unctioe institutum est: Nam unctio (ut or verbis Trid. supra c. 1.) aptissimè Spiritus san-

24. Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi quod autem habeo hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et apprehensa manu eius dexterâ alleuavit eum, & protinus consolidata sunt bases eius & plantæ. Et exiliens stetit & ambulabat &c. Ergo Iacobus dicere debuisset: Infirmatur quis in vobis, claudicat quis in vobis? Et sic de aliis defectibus.

Gratis autem dicitur, Apostolum ibi per infirmitatem intellexisse etiam cæcitatem, claudicationem & similes defectus, cum Ecclesia columna & firmamentum veritatis, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum sanctarum, semper intellexerit per ly Infirmatur, non defectus aliquos corporales, qui minimè disponunt ad mortem, sed tales infirmitates, quas proximè sequitur mors corporalis, aut saltem nata est sequi, ut patebit ex dicendis proprio loco.

25. Denique cum cætera instituta, quæ in hac Epistola tradit Apostolus, ad omnium temporum Christianos spectent, nunquid credendum est, hoc unum temporarium esse? Et vix (ut volunt Novatores) unius sæculi?

Atque ut semper aliqui essent in Ecclesia, & semper fuissent, sicuti reverè semper fuerunt viri sancti, præditi dono miraculorum, equidem tam rari, ut planè incredibile sit, Apostolum eos solos intellexisse per Presbyteros, dum ait: Inducat Presbyteros &c. Siquidem præscribit ibi seu promulgat remedium ordinarium, omnibus infirmis applicandum. Nunquid illud donum curationum seu gratia sanitarum? Noli cogitare, si non vis errare; sed dic, & intus dic, quia sic est ut dicis, illud remedium est Extrema Unctio hodie & à principio Ecclesiæ usitata & agnita pro vero & proprio Sacramento.

Appositè Concil. Trident. sess. 14. can. 2. de hoc Sacramento: Si quis dixerit, sacram infirmorum Vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos; sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema sit.

26. Sed dicet aliquis: Iacobus supra requirit plures Sacerdotes dicens: Inducat Presbyteros Ecclesiæ; Sacramentum autem Extremæ Unctionis validè confertur & ordinariè ab uno Presbytero: ergo &c.

Respondeo; sensum illorum verborum esse, inducat unum ex Presbyteris; sicuti cum aliquis dicit: Ego confiteor Fratribus Minoribus, non requiritur ad veritatem, ut confiteatur pluribus; sed sufficit, quòd uni ex illis confiteatur.

27. Præterquam, quòd in Scriptura alibi sæpius numerus pluralis ponatur pro singulari. Sic de latronibus, qui simul cum Christo crucifixi sunt, dicitur Matth. 27. v. 44. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperebant ei. Cum tamen Luc. 23. v. 39. scriptum sit: Vnus autem de his, qui pendebant latro-

nibus blasphemabat eum dicens: si tu es Christus saluum fac te ipsum & nos. Et legitur v. 40. Respondens autem alter increpabat eum dicens: Neque tutimes Deum, quòd in eadem damnatione es &c. Ergo apud Matth. numerus pluralis intelligitur positus pro numero singulari.

Quod autem Aliqui hic addunt; plures requiri non pro quolibet infirmo, sed pro diversis, verum omnino non est, cum idem & unus plures possit inungere; quamvis etiam plures possint inungere plures, immo fortè plures eundem, ut ex dicendis suo loco patebit.

Si rursus objicias: Apostolus tribuit effectum remissionis peccatorum orationi. Respondeo, & nos tribuimus ei, sed non soli; nam sola forma non causat, sed materia & forma simul; porro Unctio est materia, oratio verò forma. Et orant, inquit Apostolus, super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Ecce orationem & unctionem conjungit.

Nec dicit: Orant pro eo, sed, Orant super eum, ungentes &c. Ac continuo atexit: Oratio fidei salvabit infirmum &c. formæ, ut potiori parti, & per Synecdochen tribuens effectum Sacramenti.

Dicitur autem: Oratio fidei, non quasi requiratur verè fides ministri, ita ut Hæreticus non possit validè administrare hoc Sacramentum, hoc enim falsum est; sed primò; quia procedit à fide Ecclesiæ; cuius ille, qui Sacramentum ministrat, personam gerit, eaque nititur ac proleat. Deinde; quia (ut dictum est) pro solis fidelibus est instituta. Denique; quia sola fide intelligitur, magnumque fidei mysterium continet. Fortè etiam per fidem possit quis intelligere intentionem faciendi, quod facit Ecclesiæ, quæ est necessaria in ministro ad valent omnium Sacramentorum, ut patet ex Concilio Florent. in Decreto Eugenii ibi: Hæc sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tantquam materia, verbis tantquam forma, & personæ ministrantis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesiæ. Quorum si aliquod deficiat, non perficitur Sacramentum.

Haud ignoro, quòd scribit Brentius in Confess. Wittenberg. Officium, inquit, exigit, ut ministri Ecclesiæ egrotos visitent, & orant una cum Ecclesiæ pro eorum salute, & consulentur eis tam prædicatione Evangelii, quam dispensatione Cæcæ Dominicæ. Hæc est verè pia unctio, quæ Spiritus sancti efficitur est credentibus. Ubi unctionem eius apud Iacobum, interpretatur consolationem suavemque prædicationem Fidei & Evangelii.

Verùm, inquit Hesselius in suo Catechismo c. 69. ejusmodi verbis, universa Ecclesiæ Sacramenta rejicias, quemadmodum etiam Sacramenta Iohannis, esse docent, dicentes: Baptismum Iohannis, esse doctrinam ejus: aquam autem, de qua Christus loquitur, cum de suo Baptismo mentionem facit, dicit Calvinus esse mortificationem pravorum affectuum. Et notum est, quomodo

24. 25. Conc. Trident. damnat illam interpretationem hæreticorum. 26. Objectio. 27. In Scriptura numerus pluralis sæpius ponitur pro singulari. Matth. 27. Luc. 23.

Verbo intelligunt aliqui... He mensura... Christi... Obiectio...

do idem per tropos & figuras, Venerabilis Eucharistiæ Sacramentum evertat.

Certè Iacobus in tota Epistola valde apertè loquitur, & claris propriisque verbis utitur: miram quomodo hic per tropum *Oleum* pro Evangelii prædicatione intelligat. Non id lenferunt Doctores Ecclesiæ omnes, non Aug. Epist. 119. c. 10. ubi dicit, Christum Sacramenta sua in corporali frumento, vino, aquâ & oleo instituisse. Et quàmquam ibi loqui posset de Oleo Confirmationis; æquè tamen hoc facit contra Hæreticos, qui illud etiam Sacramentum rejiciunt.

Scriptit Aug. Speculum, ut testatur Possidius, in quo multis locis proficitur, se moralia & clara Scripturæ præcepta tradere. In illo ergo speculo cum alia plurima prætermiserit; totum atamen hunc Iacobi locum allegat: ubi fati offendit, se totum hunc locum sine tropo aliquo intellexisse, æquè ut clarum & morale præceptum. Haëtenuß Hæselius.

Et nos igitur cum Augustino & Ecclesia Catholica totum hunc locum sine tropo aliquo intelligamus; quia verba Scripturæ propriè intelligenda sunt, nisi aliquid obstat. Ac proinde cum eadem Ecclesia dicamus, hanc sacram Unionem infirmorum, tamquam verè & propriè Sacramentum novi Testamenti, à Christo Domino nostro fuisse institutam.

Et quàmvis Trident. suprâ c. 1. non addat *Immediatè*, quod additur in nostra Conclusionè, tamen haud obscurè significat subintelligendum, quando ibidem dicit, hoc Sacramentum per Iacobum Apostolum fidelibus commendatum ac promulgatum fuisse. Si enim per Iacobum non fuit immediatè institutum, sed solum commendatum & promulgatum, per quem alium fuit immediatè institutum, nisi per ipsum Christum? Nam si per alium Apostolum, quis ille? Et quare ille ipse non promulgasset, sed promulgationem commisit Iacobo?

Scotus suprâ n. 7. sic ait: *Ad primum dicent, hoc Sacramentum fuisse institutum à Christo. Iacobus autem non erat nisi promulgator sive præco huius Sacramenti, à Christo instituit: docens utique fideles, remissionem peccatorum sub tali ceremonia conferri, quod facere non posset, nisi de hoc haberet Christi verbum & promissionem: quod si hanc habebat, etiam credendum est à Christo ceremoniam habuisse. Cur enim Iacobus instituisset & præcepisset, quæ Petrus esset servaturus? Non fuisset quidem id contentaneum potestati supræmæ, quam Petro Christus tribuerat.*

Si dixeris; totum Collegium Apostolorum instituit hoc Sacramentum, & promulgationem commisit Iacobo.

Respondet; unde constat? Et cur non potius Christo institutio tribuitur, cum ex illo loco Iacobi non posset unum magis, quàm

aliud colligi? Immo potius colligitur institutio Christi, ut patet ex dictis, cum solius Christi sit peccata remittere.

Reliqua quæ spectant ad hanc controversiam vide disp. 1. conclus. 2.

Quantum ad tempus institutionis, putant Aliqui, institutum fuisse hoc Sacramentum Marci 6. Alii in ultima Cœna: verosimilius nobis videtur, quod fuerit institutum simul cum Pœnitentia, eò quod sit consummatio Pœnitentiæ, ut suprâ diximus. Quàmvis Christus ritum unguendi infirmos indicaverit Marc. 6. & ideo Concil. Trident. suprâ c. 1. dicat, hoc Sacramentum apud Marcum fuisse insinuatam; quia tamen ille ritus tunc non conferebat, nisi sanitatem corporalem, minus bene dicitur, tunc Sacramentum fuisse institutum.

Certè Patres Concil. Trident. fuisse incertos de illo tempore, satis patet ex eo, quod dicant, apud Marcum fuisse insinuatam, cum æquè facile potuissent dicere; institutum, si hoc verum iudicassent.

Si dixeris; Testamentum debet morte confirmari. Respondeo; Sacramenta non esse formaliter ipsum testamentum, aut pars Testamenti, sed tantum obiectum ultimæ voluntatis Christi, quæ non fuit quoad omnia media volita, executioni mandata ante mortem, ut manifestè patet in Sacramento Pœnitentiæ, quod, secundum communem sententiam, institutum est Ioan. 20. ergo similiter tunc institui potuit Sacramentum Extremæ Unionis, quod in usu est postremum omnium Sacramentorum, & ideo convenienter etiam postremo loco fuit institutum. Maxime, cum potestas illud ministrandi supponat, & quodammodo includat potestatem remittendi peccata; in tantum, ut Sacerdos, incompletè duntaxat ordinatus, acceptâ scilicet potestate consecrandi Corpus Christi verum, uti non posset absolvere, sic fortè nec infirmos sacramentaliter inungere. Hanc autem potestatem Apostoli primò acceperunt Ioan. 20.

Ideoquæ, inquit Suarez disp. 39. sect. 2. n. 5. plena huius Sacramenti institutio, consummata non fuit à Christo Domino ante Resurrectionem suam. Sinè ullo verò dubio credendum est, fuisse consummatam ante Ascensionem; quia plenè ac perfectè fundavit Ecclesiam, priusquam ex hoc mundo discederet, ideoquæ omnia etiam Sacramenta prius perfectè instituit. Hæc ille.

Contrarium videtur significare D. Bonavent. 4. dist. 23. a. 1. q. 2. ibi: *Concedenda igitur sunt rationes, probantes Spiritum sanctum per Apostolos hoc Sacramentum instituisse. Ad illud ergo, quod obijcitur, quod hoc est Legislatoris, dicendam, quod Spiritus sanctus supplevit hoc, quod ipse Deus dimiserat in doctrinâ, sicut dicitur Ioan. 16. Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare*

E e e 3 modò.

34. Quo tempore hoc Sacramentum fuerit institutum.

Patres Concil. Trident. fuerant de eo incerti.

35. Obiectio solvitur.

36. Suarez docet hoc Sacramentum plenè fuisse institutum ante Ascensionem.

Contrarium videtur significare. D. Bonav.

32. Verba Jacobi intelligenda sunt sine aliquo tropo.

Hoc Sacramentum est immediatè à Christo institutum.

Scotus.

33. Obiectio diluitur.

modò. Et post: Cùm venerit &c. Vnde sicut supplevit, quod deerat de doctrina secundùm Dei ordinatam dispensationem; ita etiam de institutione ex causa congrua, quod dimissum erat. Nec sunt duo Legislatores Christus & Spiritus eius. Hactenus Doctor Seraphicus.

37.
Quomodo
intelligendus
Doctor
Seraphicus.

At commodè intelligi potest, non de prima & essentiali institutione; sed de consummatione seu ministerio & exhibitione Sacramenti, ut colligo ex præcedentibus verbis: *Quædam sunt Sacramenta communia legi veteri & novæ, quædam propriissima legi novæ, quædam medio modo. Communia sunt illa, quæ sunt quodammodo ex dictamine nature, quod quia semper idem manet, illa Sacramenta ab initio cecurrerunt, ut Matrimonium, & Pœnitentia, secundùm quod Deo reconciliat: & hæc quidem Dominus Iesus consummavit & confirmavit in lege novæ, non evacuavit. Quædam sunt propriissima legis novæ (Sacramenta) & hæc sunt quæ signant gratiam in tali statu, quæ propriè competit legi novæ, hæc autem duo sunt, Confirmatio & Unctio; ubi signatur gratia Spiritus sancti, secundùm quam inungitur quis in pugilem, ut pro Christo audeat mori, & in regem, ut in regnum colorum possit introire, tamquam in suum. Hoc est novæ legi proprium, ideo in veteri Testamento non habuerunt certam figuram hæc duo Sacramenta. Et quia signant Spiritus sancti gratiam in aliqua abundantia, & Spiritus sanctus abundanter non fuit datus, quousque Iesus non fuit glorificatus, sicut dicitur Ioan. 7. ideo hæc duo Sacramenta à Christo fuerunt insinuata (id est, Christus hæc duo Sacramenta initiavit seu insinuavit, dando materiam & formam) sed post à Spiritu sancto fuerunt instituta, seu consummata; id est, inspirante Spiritu sancto toti collegio Apostolorum, illamque inspirationem Iacobo Apostolo promulgante, per Apostolos, eorumque in Sacerdotio successoribus, fidelibus applicata. Ita intelligo D. Bonavent. bene an malè, iudicet benignus Lector, postquam penitus intropexerit totum contextum verborum, quæ omnia nimis longum esset hic exscribere.*

38.
Quæ Sacramenta
Christi per se
ipsum complete
instituit.

Tantum addo hæc verba, quæ immediatè subsequuntur jam recitata: *Quædam sunt Sacramenta media, quæ in veteri lege non fuerunt in veritate, fuerunt tamen in figura & significatione, sicut Baptismus, Eucharistia & Ordo, & quia Christus legem implevit & figuras evacuavit, hæc tria Sacramenta per seipsum instituit, non solum ea insinuando, sed etiam consummando, id est, per seipsum baptizando, consecrando & ordinando; qualiter non instituit per seipsum Confirmationem & Extremam Unctionem.*

Hugo de
S. Viç.
Magister
Arensi.
Altius.

Quidquid sit de mente Doctoris Seraphici, & Aliorum, quos citat Suarez supra n. 1. putà Hug. de S. Viç. Magist. Alen. & Altius, estò hi omnes fuissent in contraria opinione, malum sequi commune iudicium totius Ecclesiæ, declaratum in Concil. Trident. dicente, omnia Sacramenta novæ legis à Christo

fuisse instituta, sess. 7. can. 1. de Sacram. in genere: & specialiter de Extrema Unctione idem declarante sess. 14. de hoc Sacramento c. 1. ut supra vidimus. Neque ulla est ratio dicenti, hanc institutionem factam fuisse post Ascensionem Christi.

Immo, reponis, ratio sufficiens est; cum enim in Evangelio sufficienter lex Evangelicæ exprimitur, & Evangelicæ lex continet Christi statuta & facta, & magis statuta, quàm facta; quomodo probabile est, ut omnes Evangelicæ sic sub silentio tam nobile Sacramentum pertransissent, si Christus, etiam ante Ascensionem suam, illud instituisset, cum et eo nostræ salutis adminiculum eliciatur?

Respondeo; non est adminiculum necessarium, sicuti Baptismus, Pœnitentia & Eucharistia; nec tale adminiculum, quod Christus suis manibus cupiam ministravit. Deinde, ait Ioan. cap. 20. sui Evangelii v. 30. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu Discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Et cap. 21. v. 25. Sunt autem & alia multa, quæ scripsit Iesus (& sine dubio alia multa, quæ dicit) quæ si scribantur per singula, nec ipsam arborem modicum capere posse eos, qui scribendi sunt, librum. Quidni ergo inter hæc alia multa, intelligenda veniat institutio Extremæ Unctionis?*

Interim spiritus sanctus, de quo Christus testatur Ioan. 16. v. 13. *Cùm venerit illis, & vobis vos omnem veritatem, illud adminiculum salutis, quod non erat expressum ab Evangelicis, ne quasi sub modio delitesceret, per Iacobi Apostoli in sua Epistola clarissimis verbis docuit omnes fideles, adhortans eos ad receptionem tam salutiferi Sacramenti verbi præ allegatis: Infirmatur quis in vobis? &c.*

Si autem à me queritur; quæ sit materia ipsius? Respondeo citius; duplex est materia, proxima & remota. De remota institutio sequentem Conclusionem.

CONCLUSIO II.

Materia essentialis remota Extremæ Unctionis est oleum olivæ, per Episcopum, vel alium Sacerdotem, cui committi poterit, benedictum.

Materia huius Sacramenti exprimitur in Conc. Florent. in Decreto Eugenii illius Concilii verbis: *Quintum Sacramentum est Extrema Unctio, cuius materia est oleum olivæ per Episcopum benedictum. Trident. autem sess. 14. cap. 1. de hoc Sacramento Extremæ Unctionis sic ait: In hoc Sacramento Extremæ Unctionis licet: *lexit Ecclesiæ (ex verbis Iacobi) materiam esse oleum ab Episcopo benedictum. Verba Iacobi sunt: Ungentes cum oleo in nomine Domini.**

Non eſt ergo dubitandum, quin oleum ſit materia, idque oleum olivæ; nam eſti neque Iacobus, neque Trident. exprimat ly *Olive*, equidem exprimitur ab Eugenio, & nomen olei abſolutè & ſimpliciter dictum, denotat liquorem, ex olivis expreſſum: & dicitur etiam oliyum apud Latinos Scriptores, & oleum derivatur ab olea, quæ eſt olivarum planta; nec niſi cum addito nominatur oleum aliarum rerum, & dicitur per quandam extenſionem ob ſimilitudinem cum oleo olivarum.

Itaque ſicuti nomine aquæ in Baptiſmo intelligitur naturalis aqua, quæ abſolutè & ſimpliciter hoc nomine appellatur, ita in hoc Sacramento, nomine olei intelligitur oleum olivarum; uti etiam in Sacramento Confirmationis, eſt Concil. Florentin. non exprimat ly *Olive*, ſed ſimpliciter utatur nomine olei.

Nec obſtat; quòd utrumque Concil. Florent. & Trident. explicando materiam Baptiſmi, non dicat ſimpliciter: *Materia eſt aqua*, ſed: *Materia eſt aqua vera & naturalis*; hoc enim factum eſt, ad magis refutandum errorem Hæreticorum; qui illa verba Chriſti: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto* &c. ad metaphoram detorquebant, ut patet ex Conſilio Trident. ſeſſ. 7. de Baptiſmo can. 2. *Si quis dixerit; aquam veram & naturalem non eſſe de neceſſitate Baptiſmi, atque ideo verba illa Domini noſtri Ieſu Chriſti: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, ad metaphoram aliquam detorſerit, anathema ſit.* Iam autem per ly *Oleum*, in verbis Iacobi Apoſtoli, omnes Catholici, & plerique etiam Hæretici intelligebant oleum olivarum. Hoc ergo certum.

Cumque Concilia illa in aliis Sacramentis aſſignent materias eſſentiales, nulla eſt ratio excipiendi hoc Sacramentum, & ideo ſicut aqua vera & naturalis eſt materia eſſentialis Baptiſmi, ita oleum olivarum eſt materia eſſentialis Extremæ Unctionis, non minus, quam oleum olivarum eſt materia eſſentialis Confirmationis. Et veluti benedictio Episcopalis eſſentialiter requiritur ad materiam Confirmationis, ut ſuo loco diſcuſſus explicavimus & defendimus, pari ratione dico, eandem benedictionem eſſentialiter requiri ad materiam Extremæ Unctionis.

Sed quæ illa ratio? A priori voluntas Chriſti, quam cognoſcimus ex Florent. quod eſſidem penè verbis in utroque Sacramento præſcribit, ſeu potiùs ſignificat illam neceſſitatem à Deo præſcriptam: *Secundùm*, inquit, *Sacramentum eſt Confirmatio, cuius materia eſt chriſma conſecratum ex oleo* &c. per Episcopum benedictio. Et infra: *Quantum Sacramentum eſt Extrema Unctio, cuius materia eſt oleum olivæ, per Episcopum benedictum.* Ergo vel in utroque Sacramento illa benedictio eſt eſſentialis, vel in neutro. Quæ enim ratio diſparitatis? Imo etiam Trident. in hoc Sacramento expreſſè requirit illam benedi-

ctionem, ut patet ex verbis ſuprà allegatis, de qua tamen non meminit expreſſè, tractans de Sacramento Confirmationis.

Atque hoc ipſum docuerat Innoc. I. in Epist. ad Decent. Concluſione præced. allegatâ, ibi: *Qui ſancto oleo Chriſmatis perungi poſſunt, quo ab Episcopo conſecro, id eſt, benedictio.* Alioquin, ſi per conſecrationem intelligas admixtionem baſſami, jam dicendum erit, illam admixtionem fore neceſſariam, quod conſtat eſſe falſum, cum de facto Eccleſia utatur ſimplici oleo, ut ſtatim latius dicemus.

Eiſdem verbis utitur Conc. Vormatien. ſub Adria. II. cap. 72. & Concil. Aquisgranenſe ſub Greg. IV. tit. 2. c. 8. ſic ait: *Statutum etiam eſt, ut vel ſemel in anno, id eſt, in quinta feria, qua eſt in Cena Domini, unctio (id eſt, benedictio) ſancti olei, in quo ſalvatio infirmorum creditur (poſita) per omnes civitates ab Episcopis non negligatur, ſicut nunc uſque neglecta eſt; ſed omni devotione, iuxta Traditionem Apoſtolicam, ac ſtatuta Decretalium, in quo de eadem re præcipitur, peragatur. Ubi benedictionem Episcopi vocat Traditionem Apoſtolicam.*

Hinc Beda in cap. 6. Mar. ad illa verba: *Et exeuntes prædicabant* &c. inquit: *Vnde patet, ab ipſis Apoſtoliſ hunc ſanctæ Eccleſiæ morem eſſe traditum, ut energumens, vel alii quilibet agroti ungerentur oleo, Pontificali benedictione conſecrato.*

Et idem Auctor in Epist. Iac. cap. 5. hæc verba: *Et orient ſuper eam* &c. ita explicat: *Hoc & Apoſtoli� feciſſe, in Evangelio legimus, & nunc Eccleſiæ conſuetudo tenet, ut infirmi oleo conſecrato ungerantur à Presbyteris & oratione comitante ſanentur. Nec ſolum Presbyteris, ſed ut Innoc. Papa ſcribit, etiam omnibus Chriſtianiſ uti licet eodem oleo, in ſua, vel ſuorum neceſſitate, ungerendo. Quod tamen oleum, non niſi ab Episcopis licet conſecri. Nam quòd ait: *Oleo in nomine Domini, ſignificat oleum conſecratum in nomine Domini.* Vel certe, quia etiam, cum ungerit infirmum, nomen Domini ſuper eum invocare debent.*

Hæc ergo veritas ſufficienter videtur conſtare ex Traditione, eſt non ſit in Scriptura evidenter expreſſa. Unde non eſt audiendus Victoria in ſum. de Sacram. q. 217. ibi: *Cajetanus dubitat, an conſecratio olei ſit de neceſſitate Sacramenti. Et ideo præbabiliter credo, quòd non eſt de neceſſitate Sacramenti, licet ſit de neceſſitate præcepti. Patet; quia Tac. 5. eſt expreſſa materia huius Sacramenti, & forma, & miniſter, & tamen nulla ſit mentio de conſecratione olei: ergo &c.*

Item in cap. *Pæſtoraliſ* de Sacramentis non iterandis, Innoc. III. requiſitus, an ille, qui erat confirmatus oleo non benedictio, eſſet iterum confirmandus? Reſpondit; niſi eſſe iterandum, ſed cautè ſupplendum, quòd incautè fuit omiſſum: ergo non erat repetenda forma, ac proinde fuit verum Sacramentum. Et eadem ratio erit de Extremâ Unctione. Hæc ille.

43. Item ex Innocent. I.

Et Concil. Vormat. ad Aquisgran.

44. Accedit etiam Beda: in

45. Victoria putat probabile benedictionem non eſſe eſſentialem. Cajetanus, Probatur etiam Jacobo 5.

Probat etiam cap. Pæſtoraliſ de Sacramentis iterandis.

Planè

Oleum ſimpliciter dictum denotat oleum olivæ.

Stetit aqua ſimpliciter dicta aquam naturalem.

41. Occurrit obſectio.

Con. Tri.

42. Probatur benedictio nemi Episcopalem eſſentialiter requiritur ex Conc. Florent. & Tri.

Probatur etiam cap. Pæſtoraliſ de Sacramentis iterandis.

46.
Responsio
ad 2. proba-
tionem.

Planè eadem erit ratio; adeoque quia benedictio est de necessitate Sacramenti Confirmationis, non obstante cap. *Pastoralis*, ut suo loco ostendimus, ideo etiam est de necessitate Sacramenti Extremæ Unctionis. Herculè falsum est, Innoc. III. fuisse requisitum, an ille, qui erat confirmatus oleo non benedicto, esset iterum confirmandus; sed, ut patet ex verbis illius capituli, requisitus fuit, an Confirmationis Sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non *Chrismate*, sed oleo (putà simplici) delinuit. Potuit autem illud oleum fuisse oleum infirmorum aut Catechumenorum, ab Episcopo benedictum, immo & ipsum oleum *Chrismatis*, benedictum absque commixtione balsami, quæ requiritur ad *Chrisma*, quod est materia necessaria Sacramenti Confirmationis.

Victoria
sibi ipsi
contradicit.

Et vultis videre, quomodo hic Auctor in patvo libello sibi ipsi manifestè contradicat? Quæst. 41. ut probet, balsamum non esse necessarium necessitate Sacramenti Confirmationis, idem cap. adducit: ubi, inquit, habetur, quod quidem per errorem fuit confirmatus oleo benedicto sine balsamo.

47.
Respondetur
ad r. proba-
tionem Vict.

Ad primam rationem Victoria patet responsio ex dictis; licet enim Iacobus expressè non meminerit benedictionis olei, equidem, secundum Bedam supra, meminit implicitè in illis verbis: *In nomine Domini*. Et alioquin sufficit Traditio Apostolorum, quæ nimis constans est & universalis pro necessitate solius præcepti: nusquam enim legitur, quemquam Sacerdotum hoc Sacramentum administrasse ullo prorsus casu, cum oleo non benedicto.

Et sanè, ubinam in Scriptura fit mentio benedictionis *Chrismatis*? Et tamen hanc admittit Victoria necessariam necessitate Sacramenti supra q. 42. ibi: Si *Chrismate* non consecrato per errorem quis confirmaretur, non esset confirmatus: nam Christus hoc instituit, quod patet ex ritu Ecclesiæ & auctoritate antiquorum DD. Hæc ille. Ergo loquitur inconsequenter, dum negat, benedictionem olei in hoc Sacramento, esse necessariam necessitate Sacramenti; nam ratio eadem est; putà, quia Christus hoc instituit, quod patet ex ritu Ecclesiæ & auctoritate antiquorum DD.

48.
Conclusio.
Cap. un. de
Sacram.
Unct.

Itaque benedictio olei infirmorum (de qua etiam meminit Innoc. III. in cap. unico de Sacra Unctione ibi: *Ad exhibendum autem exteriorem & visibilem unctionem, benedicitur oleum, quod dicitur Catechumenorum vel infirmorum*) non solum necessaria est necessitate præcepti, de qua necessitate nemo dubitat; sed etiam necessitate Sacramenti, quidquid pauci absque solido fundamento contradicant.

Sæpius requirit benedictionem ex necessitate Sacramenti.

Audiamus Doctorem Subtilem 4. dist. 23. q. unicâ n. 5. *Consecratio Episcopalis est necessaria ad hoc ut sit materia apta*: ergo requiritur, secundum ipsum, non solum ex præcepto, sed etiam ex necessitate Sacramenti; alioquin absque

consecratione esset materia apta, ut patet in Baptismo, cujus materia ex præcepto requirit benedictionem, & tamen aqua absque ea est materia apta, id est, valida.

Prosequitur Doctor: *Quia communiter in usu Sacramentis, consentibus in usu, solus Baptismus non requirit materiam specialiter consecratam; quæ Christus tactu mundissima carnis sue, quando voluit à Ioanne baptizari, totam aquam consecravit, hoc est, in usum ipsum dedicavit.*

Hæc tamen congruentia (inquit Arrius disp. 53. n. 8.) duas patitur contra se difficultates. Prima est; quod in Matrimonio nulla fit consecratio materiæ, id est, corporum contrahentium, quæ sunt materia remota. Secundum nam per benedictionem unius olei, non benediciuntur reliqua, sed quodlibet in individuo, in quo administranda est Extrema Unctio, est de novo benedicendum: ergo etiam non fuit sufficiens, quod Christus suo contactu aliquam aquam in individuo elevarit ad Sacramentum seu sanctificaverit, ut propterea omnes aliæ aquæ in particulari maneat sanctificæ.

Respondeo ad secundam difficultatem; Adorem omnis gratiæ & benedictionis plus posse unico contactu carnis sue, quam aliquis Episcopus millenis benedictionibus.

Ad primam patet responsio; quia à Matrimonio in multis aliis non valet argumentum ad reliqua Sacramenta; quia particulare est Matrimonio, quod fit contractus aliquis civilis, quem Christus in sua substantia reliquit, sicut eum invenit: cum ergo antea non requireret ad sui valorem benedictionem corporum, ut planum est, neque post elevationem ad rationem Sacramenti, Deus voluit eam esse necessariam. At verò Sacramentum Extremæ Unctionis Christus primò secundum omnia sua essentialia instituit, & expedire iudicavit, ad majorem reverentiam & decorem ipsius Sacramenti, & ad majorem aptitudinem in significando, ejus materiam esse primò benedictam & consecratam; maxime cum non esset Sacramentum necessarium, sicut Baptismus est, de ideo planè expediret, materiam Baptismi esse magis simplicem, facilem & communem.

Unico verbo, quidquid sit de illa congruentia & similibus, quæ non convincunt, sufficit ad differentiam voluntas Christi, quæ est ratio à priori, quare potius in uno Sacramento requiratur essentialiter benedictio materiæ, quam in alio. Sicuti etiam, quod in uno Sacramento requiratur aqua, in alio oleum, in alio panis & vinum, ratio à priori, voluntas Christi, quæ variæ sint congruentiæ illius diversitatis.

Certè materia in hoc Sacramento valde apta est & proportionata, ad significandum effectum hujus Sacramenti, tum ratione communi, quam (ut dicit Trident. supra) *Unctio aptissime Spiritus sancti gratiam, quæ invisibiliter anima agrotantis inungitur, representat.* Tum ratione specialis, quia

quia solet corporalis unctio ad sanandos morbos, & sedandos dolores, & curanda vulnera & confovenda membra. Similes autem effectus causat hæc sacra unctio, dum sanat morbos & vulnera peccatorum, lætificat conscientiam, & confortat infirmum ad luctam & pugnam imminetent cum dæmone; quin & corporalem subinde confert sanitatem, ut infra suo loco videbimus.

52. Sed restat unus scrupulus circa benedictionem olei; quomodo bene dicatur essentialis seu substantialis, cum ea, quæ sunt de substantia alicujus Sacramenti, sint à Christo Domino in particulari definita; nusquam autem Christus præscripserit aliquam olei benedictionem, nec à quo, vel quomodo faciendâ esset.

Auferetur. Respondeo; Christus præscripsit aliquam benedictionem, & ejus ministrum; verba autem aut alia signa in particulari non præscripsit. Primum patet ex Conciliis supra allegatis, quæ edocta à Spiritu sancto, eodem tenore verborum requirunt pro materia, oleum benedictum ab Episcopo; si ergo ex illis verbis colligimus, Christum determinasse oleum pro materia, etiam pariter colligere debemus, determinasse benedictionem, & ejus ministrum, scilicet Episcopum. Cum autem Concilia illa non præscribant certa aliqua verba, aut alia signa in particulari, quibus debeat fieri illa benedictio, sicut præscribunt certa verba pro forma ipsius Sacramenti; bene inde colligitur, Christum non determinasse modum benedictionis, esse determinaverit certa verba, quibus minister debeat uti in administratione ipsius Sacramenti.

53. Ex quo inferit Arriaga supra n. 70. Si semel oleum benedictum sit, non posse Ecclesiam ei auferre benedictionem, quia Christus nihil aliud voluit, quàm ut semel fuerit benedictum. Hanc autem denominationem non potest ei ulius auferre, quia ad præteritum non datur potentia: ergo &c.

Sed contrâ: Ecclesia potest auferre benedictionem à loco sacro, & de facto auferit in multis casibus, ita ut Ecclesia debeat reconciliari, antequam licite in ea possint celebrari divina Officia; cur ergo etiam non possit tollere benedictionem olei? Quidem facere non potest, ut non fuerit benedictum, sicut facere non potest, ut Ecclesia non fuerit benedicta, sed cur non potest facere, ut amplius non sit benedictum? Gratis autem dicitur: Christus nihil aliud voluit, quàm ut semel fuerit benedictum. Non enim dicunt Concilia; *Materia est oleum, quod semel fuit benedictum*, sed simpliciter: *Materia est oleum benedictum*. Hæc mature expendat Arriaga, & expectabimus responsonem.

54. Interim propono aliam quæstionem: nunquid Ecclesia potest facere, ut hæc vel illa benedictio non valeat à principio, id est, nunquid potest determinare certam aliquam benedictionem, omnino necessariam ad valorem Sacramenti?

Opinio Arriagæ. Respondet Arriaga supra n. 11. neque hoc posse facere, relictis aliis benedictionibus in esse benedictionis; quia, inquit, non potest Ecclesia magis coarctare materiam, quàm Christus præscripserit, uti non potest Ecclesia efficere, ut ad baptizandum validè, sit necessaria aqua Tiberis, & non sufficiat ulla alia.

55. Idem docet Suarius disp. 40. lect. 1. n. 9. dicens: Licet Episcopus mutaret modum benedictionis, ab Ecclesia designatum, si tamen eâ mutatione non obstante, verè & in re ipsa illud oleum benedictum maneret, esset materia sufficiens. Addit: Fortasse tamen fieri potest ab Ecclesia, ut talis benedictio irrita sit, nec apud Deum habeat rationem consecrationis, sed execrationis. potius: & hoc modo fieri etiam poterit, ut benedictio ab Ecclesia instituta, necessaria sit, quia ex ea pendet, ut Christi institutio impleatur. Hæc ille.

quam explicat Arriaga. Quam additionem Arriaga supra n. 12. intelligendam putat cum hac limitatione, nisi ipse benedicens protestetur, velle se nihilominus per ea verba benedicere; quia tunc per eam reflexam loquelam jam declarat suum animum. Unde ibidem docet, quemlibet Episcopum posse benedicere Christum, etiam per verba aut alia signa exteriora, nullo modo communiter significantia benedictionem; si tamen expressè reflexèque dicat, se per ea velle significare benedictionem; etenim ad loquendum non est necessarium verba esse communiter significativa; nam & per cifras, solis duobus aut tribus notas, verè secum scripto verbalique loquuntur homines, ideoque si ego protestor, quando cumque proferam hanc vocem, *Bhãtri*, me per eam velle significare Imperatorem; & statim dicam; *Bhãtri venit Pragam*, haud dubiè debeor censerî dixisse; *Imperator venit Pragam*. Ita Arriaga.

56. A quo peto; an etiam, qui vellet per vocem *Bhãtri*, significare Corpus, posset validè consecrare dicendo: *Hoc est Bhãtrum meum*. Similiter qui vellet per vocem *Bhãtri*, significare, *Baptizo*, posset validè baptizare hisce verbis: *Ego te Bhãtri* &c. Videtur consequenter affirmandum: etenim ad formam Sacramenti Eucharistia, Baptismi, & sic de aliis, non requiritur nisi propria locutio, significativa sensûs, à Christo intenti; jam autem ad loquendum, secundum istum Auctorem, non est necessarium verba esse communiter significativa, sed sufficit quòd uni aut alteri significant: quidni ergo istæ formæ valeant?

57. Si dixeris; ad formas Sacramentorum requiruntur verba communiter significativa. Ego similiter dixerò; ad benedictionem olei requiruntur verba aut alia signa communiter significativa; quæ enim ratio disparitatis?

Nisi fortasse illius sis opinionis, quòd non requiratur ad hanc benedictionem ullam signum externum; quam opinionem indicat Arriaga supra & probat: etenim Christus Domi-

Fff

nws no.

52. Serupulus aliquis circa benedictionem olei.

Auferetur.

53. An ab oleo semel benedictum Ecclesia possit auferre benedictionem.

54. An Ecclesia possit determinare certam benedictionem, omnino necessariam?

Opinio Arriagæ.

55. Sententia Suarii.

quam explicat Arriaga.

56. Contra istam explanationem arguit Auctorem.

57. Occurrit responsonis.

An benedictio hæc possit fieri sine ullo signo externo.

nus non aliud requisivit, quam ut oleum sit benedictum (quod idem de Chrismate pro Confirmatione dicendum videtur) benedictio autem potest fieri sine ullis verbis; cur enim solo animo interiori non possum rem aliquam benedicere? Ita interrogat hic Auctor.

58. Sententia Arriaga.

Et continuo respondet: In toto rigore non colligi inde, debere esse exteriorem eam benedictionem; nihilominus sat probabiliter id inferri: Christus enim Dominus circa Sacramenta voluit, ut, quantum fieri potest, omnia fiant per signa aut voces exteriores; merito ergo judicare possumus, etiam voluisse ut oleum & Chrisma more humano ab Episcopo benediceretur, hoc est sensibilibiter; ut per se loquendo posset Ecclesiam constare, verè esse benedictum.

Dixi: *Posse per se constare*; quia bene video, etiam si per verba exteriora fiat benedictio, posse tamen privatim ab Episcopo fieri, ita ut aliis non constet, hoc tamen est per accidens, quia ex se sensibilis est ea benedictio. Hucusque Arriaga.

Quæ si vera sunt (ut puto) quomodo verum est, quod Episcopus possit benedicere per verba aut alia signa exteriora, nullo modo communiter significativa benedictionem? Siquidem talis benedictio ex se non est sensibilis, sed si aliqui sentiant, merè per accidens est, ut ad oculum patet.

59. Iudicium Auctoris.

Dico itaque; Christum suâ institutione determinasse, ut materia hujus Sacramenti esset oleum, benedictum actu aliquo externo, per se significativo benedictionis; ac proinde non potuisse Apostolos vel Ecclesiam hanc benedictionem abrogare, vel in ea dispensare. Quia autem Christus non præscripsit particularem aliquem modum benedicendi per hæc vel alia verba, aut signa æquipollentiâ, hinc Ecclesia ad evitandam omnem confusionem & difformitatem, eum præscripsit in Pontificali Romano Tit. de Officio in Feria 5. Cœnæ Domini, non tamquam necessarium ad valorem, sed tantum ut necessarium ex præcepto.

Actus ille præscribitur in Pontificali Romano, sed tantum ut necessarius ex præcepto.

Siquidem major necessitas, estò posset induci ab Ecclesia, quod tamen non satis constat; equidem magis explicari deberet, quam de facto in Pontificali explicatur; immo multitudo deprecationum, benedictionum & ceremoniarum, quæ fiunt juxta Pontificale, præsertim in consecratione Chrismatis, non obscure ostendunt, istum modum benedicendi magis esse ceremonialem, quam substantialem; cum inconveniens sit, valorem alicujus Sacramenti dependere à tot diversis deprecationibus, benedictionibus & ceremoniis, quarum facile aliqua non tam exactè observantur; immo aliquando vix possunt observari, propter naturalem inadvertentiam.

60. Ad summum ad essentiam sequitur.

Dicendum ergo; ad summum esse de essentia, quod materia consecratur per Episcopalem benedictionem, & S. Spiritus invocationem. Nam in hoc satis salvatur Christi institutio; & hoc de

se semper sanctum est, & pertinens ad divinum cultum: quamvis in omissione aliorum, quæ præcepta sunt ab Ecclesia, possit peccatum intervenire; si tamen in diversis Ecclesiis, sint in hoc diversus ritus, probatâ consuetudine recepti, illa varietas & licita est, & non est in re substantiâli, sed accidentali Sacramenti.

Dixi consulto: *Ad summum*; quia fortè non est necessaria benedictio Episcopalis, nisi benedictionem simplicis Sacerdotis, factam ex commissione Episcopi, velis vocare Episcopalem, juxta Reg. juris 72. de Reg. juris in 6. Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum.

Hinc Alex. III. cap. *Mulieres*, 6. de Sen. Excom. Illi vero, qui non per seipsum, sed per auctoritatem vel mandato alii violentè in istum manus in Clericos, ad Sedem Apostolicam sunt interdictam is committat verè, cuius auctoritate vel mandato delictum committi probatur. Ex Ulpianus leg. 1. ff. de vi & de vi armata §. 12. *Dei esse autem etiam is videtur, qui mandavit vel iussit, ut aliquid deiceretur; parvi enim referre visum est, suis manibus quis deiciat, an vero per alium. Quare & familia mea ex voluntate mea deiecit, ego videtur deiecit.*

Ergo consimiliter dicere quis posset, Episcopum benedicere, cuius auctoritate vel mandato simplex Sacerdos benedicit, & parùm referre suis manibus Episcopus benedicat, an vero per alium.

Interim hæc Regula juris non est omnino generalis, sed intelligenda cum his limitationibus: Nisi ubi industria personæ ecclesiæ est, si specialiter actum sit, ut quis suis operibus præstet, aut personaliter negotium exequatur, vel pro forma introductum sit à lege, ut res non per alium, sed per seipsum explicetur, licet in recitatione sententiæ, quæ ab ipso iudice faciendâ est (exceptis tamen illustribus personis, quibus etiam id per alios licet) Item testamento factione, quam per se præstare debet testator, non permittere voluntati alterius. Vel alius actum proprium requirit lex, ut in Confessione peccatorum, quæ ab ipso penitente coram Sacerdote explicanda est: in tutore, curatore, & procuratore, qui antequam per alium in publico agere possunt, his antè ab ipsis contestandis est: tum criminalibus causis per se non procuratorem agitantur. In summa, ubi lex vel conventio partium proprium factum desiderant, cessat hæc Regula. Ita Canisius in dictam Regulam.

Et sic, dicere posset aliquis, impræsentiarum cessare; quia lex videtur requirere proprium factum, ut patet in ipso ministro Sacramenti, scilicet Sacerdote, qui per seipsum debet ministrare; ita ut si faciat per laicum, aut alium Clericum inferiorem, nihil faciat. Ergo consimiliter, cum Christus in sua institutione requisiverit benedictionem Episcopi, videtur quod Episcopus nihil faciat, si per simplicem Sacer-

Suarez. Arriaga. Dicastillo. Avendaño.

Sacerdotem benedicat. Ita docet Suarez supra n. 8. Arriaga supra n. 9. Dicastillo tract. 7. n. 32. Averla hic lect. 11. & Alii, estque communior sententia tam Antiquorum, quam Recentiorum.

62. Fundant se in Concilio Flor. & Trident.

Fundant se in verbis Concil. Flor. & Trident. quibus aequali gradu requiritur pro materia oleum & benedictio Episcopi, neque apparet aliqua ratio disparitatis: ergo si necessarium est oleum, & necessaria est benedictio necessitate Sacramenti, etiam Episcopus erit necessarius necessitate Sacramenti.

Congruentia ex Divo Thoma.

Congruentiam assignat D. Thomas 4. dist. 23. q. 1. a. 3. quaestio. 3. *Ve ostendatur sacerdotalis presbiter, ab Episcopali derivata.* Quod (inquit Suarez supra) morali modo & secundum quandam analogiam intelligendum est, ut per se factis constat. Ratio verò magis moralis esse potuit, ut materia Sacramenti minus esset vulgaris, in majorique reverentia haberetur. Haec ille.

Ratio moralis.

63. Responso ad rationes.

Sed ad utramque istam rationem facile responderi potest; sufficere ad illam derivationem, & hanc majorem reverentiam, quod simplex Sacerdos non possit benedicere oleum, absque speciali commissione Episcopi.

Quid respondendum ad Concilia.

Quantum ad Concilia; licet appareat, aequalitas necessitatis ex stylo loquendi, tamen aliunde colligitur ratio disparitatis; videlicet ex eo, quod Concil. Florent. doceat, simplicem Sacerdotem posse esse ministrum extraordinarium Sacramenti Confirmationis, quod dignus est absque comparatione benedictione olei. Unde qui ex hoc argumento colligunt, simplicem Sacerdotem posse ex commissione Episcopi benedicere Chrisma; etiam consequenter docent, posse benedicere oleum infirmorum, de qua controversia egimus disp. 3. sect. 2. conclus. 3. Videantur ibi dicta.

64. Cur possit secundum Herinex benedictio olei infirmorum polliceri simplici Sacerdoti, quam benedictio Chrismatis.

Quin imò Herinex, est disp. de Confirm. q. 2. n. 26. doceat, benedictionem Chrismatis non posse committi simplici Sacerdoti; equidem disp. de hoc Sacramento q. 2. n. 14. contrarium defendit de benedictione olei infirmorum. Nam, inquit, Chrismatis benedictionem semper fuisse Episcopis propriam, nunquam aliis commissam, etiam quibus commissum fuit ministerium Sacramenti, ne quidem apud Græcos, constat; nec est unde colligatur cum apparentia, illud benedicere posse Sacerdotem ex commissione.

At in præsentia agitur de Sacramento, cujus minister, etiam ordinarius est Sacerdos; adeoque non mirum, quod extraordinarius ipsius benedictionis olei: maxime cum constet id jugiter fuisse practicum apud Græcos, etiam ante schisma, ut ex eorumdem Euchologiis, etiam antiquis constat. Nec fuit hic mos unquam versus in dubium, aut desuper mora difficultas, nequidem in Concil. Florent.

65. Clem. VIII. approbavit

Deinde eundem morem videtur approbasse Clemens VIII. in instructione super ritibus

Græcorum (quæ habetur apud Cherubinum to. 3. novissima editionis fol. 46. estque Bulla 34.) directæ ad Episcopos Latinos, dicens: *Non sunt cogendi Presbyteri Græci, olea sancta, præter Chrisma, ab Episcopis Latinis Diocesis accipere cum huiusmodi olea ab eis, in ipsa oleorum & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritum consueverunt, sed benedicantur.*

Similiter Neophitus Rhodinus in sua Synopsi vernacula, jussu S. Congreg. de propaganda fide approbata, ejusque impensis Romæ edita (ut refert Jacobus Goar Dominicanus in Notis Euchologiæ ad Officium olei seu Extremæ Unctionis n. 29.) ait: *Materia Sacramenti Extremæ Unctionis est oleum olivæ à Pontifice, vel à Sacerdotibus, qui præsentibus fuerint, iuxta Ecclesiæ morem benedictam.* Pro quo

Nota; oleum quidem annuè benedici solemus per Episcopos in Cæna Domini, etiam apud Græcos; at totum ipso tempore infuminationi ceremoniali adstantium: qui communicaturi omnes se in expiationem peccatorum unguendos offerunt, Episcopo primò Unctionem de manu Oeconomi accipiente. Hinc facultas illud denuò consecrandi ex antiquo more videtur remissa Parochis quibuscumque, qui non asservant istud in vase separato, sed occurrente necessitate, recens à se benedictum adhibent; illudque benedicunt concurrentibus sex aliis Sacerdotibus. Ita refert Jacobus Goar in moribus orientalis Ecclesiæ versatissimus, supra n. 22. & seq. Hactenus Herinex.

Vel ergo damnanda praxis illa Græcorum, vel dicendum cum hoc Auctore, item Henriquez lib. 3. cap. 8. num. 2. & aliis Recentioribus doctissimis, potestatem hoc oleum benedicendi, posse extraordinariè committi, saltem à Pontifice, Parochis seu simplicibus Sacerdotibus, sicut (inquit Henriquez mox citatus) ex simili commissione consecrare possent calices, altare, Ecclesiam & virgines.

Malo autem ego cum Herinex & Aliis sentire, quàm reprobare praxim à Clemente VIII. approbatam, qui non potuit approbare errorem perniciosum, qualis indubiè hic foret, utpote concedens invalidam administrationem hujus Sacramenti.

Quæri præterea circa hanc materiam solet, Primò; utrum debeat esse purum oleum, an verò sufficiat mixtum alio liquore. Secundò; an singulis annis debeat renovari. Respondeo ad utramque quaestionem:

morem Græcorum Sacerdotum benedictum oleum infirmorum.

66. Oleum istud fimoletur solet benedici per Episcopos in Cæna Domini.

67. Extraordinariè potest benedici Sacerdotibus.

Henriquez

CONCLUSIO III.

Oleum infirmorum debet esse simplex, non mixtum balsamo aut alio liquore; incertum, an sufficeret Chrisma Confirmationis. Renovandum est quotannis, veteri cremato in lampade ante V. Sacramentum: attamen veteri uti potest, qui novum nondum accipere potuit. Non benedictum in minori quantitate validè miscetur benedicto.

68.
Prima pars
Concl. probatur ex
Scoto.

DE prima parte Conclusionis ita scribit Scotus 4. dist. 23. q. 5. Sequitur: Cum oleo, nec oportet ibi esse aliquid confectum ex oleo & balsamo, ut in materia Confirmationis; quia Confirmatio est ad Confessionem & Confirmationem fidei; & ideo in confirmato requiritur, non tantum puritas conscientie, significata per oleum; sed etiam odor bonæ famæ, significatus per balsamum. Sed hic, qui habet exire in brevi de vita ad terminum, sufficit conscientia pura.

Ubi solum docet, oleum infirmorum non debere esse confectum ex oleo & balsamo, adeoque sufficere simplex oleum, quod Omnes concedunt, & manifestè patet ex Pontificali Romano supra, & conformi praxi Ecclesiæ, quæ benedicit simplex oleum pro infirmis; & eo quotidie utitur in hoc Sacramento. Quis igitur poterit dubitare, an illud oleum sufficiat?

Difficultas ergo & dubitatio, quæ hic occurrit, est, an debeat esse oleum simplex, ita ut non valeat Sacramentum collatum in oleo mixto, aut saltem non liceat?

69.
Non licet
sine causa
uti oleo mixto.
Trident.

Et quidem quòd non liceat, propriâ auctoritate & sine causa, aliquid ei miscere, constat à fortiori ex doctrina communi de Sacramentis, quæ traditur à Concil. Trident. sess. 7. de Sacram. in genere can. 13. Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholica ritus, in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contenti, aut sine peccato à ministris pro libito emitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse; anathema sit. Quantò magis non licet mutare pro libito materiam Sacramenti, ab Ecclesiâ Catholica adhiberi solitam? Solet autem adhiberi oleum simplex: ergo &c.

Si misto
corrumpe-
tur oleum
non foret
materiam va-
rida.

Præterea verum est, si tanta esset mistio, ut corrumperetur olei natura; immo etiam, inquit Suarez supra n. 11. si communem usum & appellationem olei amitteret, ita ut licet non esset oleum, substantialiter transmutatum, ta-

men ita esset jam commistum & condensatum, ut non oleum, sed mistum aliquod artificiale seu unguentum censeretur; verum, inquam, est, illud non fore materiam sufficientem: quia hoc est oleum simpliciter & uluale. At verò si oleum maneat in vera natura, specie & usu olei, non repugnaret institutioni, quod ex ordinatione Ecclesiæ sanctificaretur, cum parva aliqua mixtione alicujus liquoris, sicut vino consecrando miscetur aqua, & aquæ Baptismi parum lalis. Ita Suarius.

Nec est, qui contradicat. Sed numquid ita bene sequitur: ergo sufficit Chrisma Confirmationis, & licitum est in necessitate eo uti. Præfatus Auctor sic ait n. 10. Censeo, Chrisma, licet mistionem balsami habeat, esse sufficientem materiam, & per se non est contra Christi institutionem, illà uti in hoc Sacramento.

Immo aliquando videtur Ecclesiæ usã hanc materiam, etiam ad unguendos infirmos; idque sumitur ex dicta Epist. 1. Innoc. I. ibi: *Episcopo confecto oleo Chriftis perungi possunt, quæ ab Episcopo confecto &c.* Concilium etiam Vormatiense eodem modo ait: *Sancto oleo Chriftis.* Et quòd loquatur de proprio Chriftate, colligi potest ex illo verbo: *Ab Episcopo confecto;* illud enim participium, *Confectum*, mistionem aliquam, & plusquam simplicem benedictionem significat.

Faver etiam Conc. Aquisgranense, juxta Epist. Fabiani II. nam dictum Concilium iuxta Apostolicam Traditionem debere Episcopos feriã 5. in Cœna Domini sanctum oleum conficere, *in quo salvatio infirmorum creditur.* Ubi aperte loquitur de sancto oleo, quò dabatur hoc Sacramentum: Fabianus autem ad quem alludit Concilium, dum refert Apostolicam Traditionem, docet, ex Apostolorum Traditione Chrisma ex oleo & balsamo debere ab Episcopo per singulos annos in Cœna Domini conficri.

Et ex eisdem Patribus & Conciliis constat, Chrisma simpliciter appellari, verèque dici posse, oleum sanctum, ab Episcopo benedictum. Cùm ergo habeamus ex Conciliis, oleum ab Episcopo benedictum, esse materiam hujus Sacramenti, & Chrisma sit oleum sanctificatum ab Episcopo, non est dubitandum esse sufficientem materiam. Hactenus Suarez.

Et occurrens tacite Aliquorum obiectio, subjungit n. 11. Verum est, interdum omne oleum sanctificatum solere Chrisma appellari, & in Pontificali Romano oleum infirmorum in sua benedictione ita vocatur, quomodo possunt aliqua ex testimoniis adductis exponi: nihilominus tamen existimo, seclusâ Ecclesiæ prohibitione, nullum peccatum esse, uti Chriftate proprio ad hoc Sacramentum conficendum, & præsertim, si aliud oleum simplex sit sanctificatum deesset. Hæc ille.

Equidem

Equidem non solum possunt; sed etiam, ut superius notavi, testimonia illa debent exponi de simplici oleo, cum nominent *Chrisma*, ab Episcopo confectum, tamquam materiam debitam & necessariam huius Sacramenti. Falsum autem est, ut supra vidimus, materiam huius Sacramenti debere esse compositam ex oleo & balsamo.

Itaque *Chrisma* nomen commune est, quod potest significare & oleum simplex, & compositum aliquod ex oleo & balsamo, pro quo autem accipiatur in Conciliis & aliis Decretis, attendendum est ex materia subjecta. Similiter participium, *Confectum*, ex subjecta materia aliquando significat mixturem aliquam; subinde autem simplicem benedictionem, ut patet ex Decreto Clement. VIII. supra ibi: *Cum eiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, seu benedicantur.*

Quidquid ergo sit de his vocibus *Chrisma*, & *Confectum*, mihi sufficit, quod *Chrisma* Confirmationis sit, & verè dici possit, *Oleum benedictum* ab Episcopo; nam Concilia pro materia huius Sacramenti, solum requirunt oleum benedictum ab Episcopo. Quod autem specialiter ad hunc effectum debeat esse benedictum, ut vult Aversa hic sect. 2. §. *Non est autem*. in fine, quem sequitur Herincx supra n. 11. & 12. ex nullo verbo Concilii colligitur.

Sed audiamus Herincx supra num. 11. Ob defectum (inquit) benedictionis requisitæ (de qua statim) potius apparet sacrum *Chrisma* (idem est de oleo Catechumenorum) non esse aptam materiam: etsi enim sit benedictum in ordine ad effectum Confirmationis, non tamen in ordine ad finem & effectum huius Sacramenti. . . . facile tamen admiserim, *Chrisma* sufficere posse ad valorem, tum Confirmationis, tum *Extremæ Unctionis*, si foret benedictum duplici benedictione proportionatâ. Hæc ille.

Et continuò subiungit: Non sufficere autem oleum usuale, sed de necessitate Sacramenti requiri, ut sit specialiter ad hunc effectum benedictum, sicut in Sacramento Confirmationis; docent pro indubitato quicumque de hac re scriperunt; nisi quod oppositum probabile sentiant Victoria, Serarius & Ledesma; ac saltem ex dispensatione Pontificis, Paludanus apud Aversam de *Extrema Unct.* sect. 2. Sed auctoritates præfertim Florent. & Trident. requirunt oleum benedictum, quo denotant substantiam Sacramenti, uti in Confirmatione. Neque loquuntur tamquam ex se præcipiendo, sed tamquam docendo, quod ex ipsa institutione necessarium est. Hucusque Herincx.

Et quidem Omnes pro indubitato docent, auctoritates Florent. & Trident. requirere oleum benedictum; saltem ex præcepto; an

autem ex necessitate Sacramenti, dubitat Cajet. ut supra dicebat Victoria, & ideo ipse probabiliter credit oppositum. Sed nunquid docent pro indubitato, Quicumque de hac re scriperunt, de necessitate Sacramenti requiri, ut sit specialiter ad hunc effectum benedictum? Numquid id requirunt auctoritates Florent. & Trident?

Non audeo asserere. Certè præter supra enumeratos ab Herincx, qui probabile censent, nullam requiri benedictionem de necessitate Sacramenti; Suarez de hac re scripsit, & tamen, ut vidimus, docet manifestè, *Chrisma* Confirmationis sufficere, quod tamen ad istum effectum non est benedictum.

Idem docet Dicastillo hic disp. 1. n. 38. colligens ex sententia Suarii, salvo meliori iudicio, si fortè non esset aliud oleum, quàm *Chrisma* Confirmationis, non esse peccatum de facto illo inungere; quia si præceptum solum est positivum Ecclesie, credi potest, illam non velle in eo casu ita strictè prohibere, ut non liceat inungere ægrotum eo *Chrismate*; cum ex alio capite nulla secundum se appareat irreverentia, facta Sacramento in ea unctione, facta ex *Chrismate*. Unde Layman lib. 5. tract. 8. c. 2. n. 3. notat, quod si Sacerdos per errorem contulit hoc Sacramentum cum sacro *Chrismate*, nihil sit repetendum, quia putat valere. Ita Dicastillo.

Subscribo verba Layman: Quod ad praxim attinet, tria mihi dicenda videntur. Primò, si ad manum non habeatur oleum infirmorum, non esse licitum Sacerdoti in *Extrema Unctione* uti *Chrismate*. Quia saltem nunc consuetudo Ecclesie repugnat, quæ proprium oleum, idque simplex, non mixtum, pro unguendis infirmis consecrat: quare neque extra omnem dubitationem est, utrum valeat Sacramentum *Extremæ Unctionis*, si fiat sacro *Chrismate*; eò quod materia hæc, non tantum diversam consecrationem habeat, sed etiam, saltem moraliter æstimatione, diversum usum & appellationem sortiatur, cum sit mixtura aliqua artificialis.

Secundò, si Sacerdos per errorem infirmum unxit sacro *Chrismate*, probabiliter dici posse videtur, nihil esse repetendam, sed rem Domino commendandam: tum quia plerumque non posset fieri iterata unctio sine scandalo; tum quia valde probabile est, Sacramentum *Extremæ Unctionis* validè conferri in materia sacri *Chrismat*: seu, quia olim consuetum erat talem materiam adhibere, ut Suarez existimat; seu, quia mistio balsami tam exigua esse solet, ut oleum nec physicè, nec omnino moraliter suam naturam exuisse censeatur: quod verò hæc vel illâ benedictione oleum consecratum sit, non videtur pertinere ad Sacramenti substantiam. Hucusque Layman.

Sed contrarium docet Concil. Mediolanense

dent. requirunt oleum benedictum ex necessitate Sacramenti.

Non Omnes pro indubitato docent, debere esse benedictum specialiter ad hunc effectum.

76. Oppositum docet præter Suarium Dicastillo.

77. Item Layman.

78.

73. *Chrisma* est nomen commune, quod potest significare etiam oleum simplex.

Aversa.

74. An oleum specialiter debet esse benedictum ad effectum huius Sacramenti.

75. Aliqui dubitant an Florent. & Tri-

Oleum
Chrifti
aut Cate-
chumenorum
non
valere docet
Concil. Me-
dolan.

nense V. p. 1. ubi de his, quæ pertinent ad Sacramentum Extremæ Unctionis: Parochus, inquit, si per errorem aliud oleum, quàm quod infirmorum est, ad egrotum unguendum unquam adhibuerit, etiamsi Chrifti, aut Catechumenorum sit, ut erratum emendet, olei sacri, quod proprium infirmorum est, unctiorem eidem adhibeat: tunc, Sacramenti formam iteret. Itaque Incertum, ut habet secunda pars Conclusionis, an sufficeret Chrifti Confirmationis.

79.
Tertiam
partem
Concl. docet
Layman
cum Zam-
brano.

Tertiam partem Conclusionis, videlicet: Oleum infirmorum renovandum est quotannis, veteri cremato in lampade ante Venerabile Sacramentum, docet Layman suprâ cum Zambrano cap. 5. dub. 4. n. 5. & seqq. ubi n. 14. sic concludit: Ex dictis sequitur, esse peccatum mortale vel illud singulis annis non renovare, vel veteri uti extra necessitatem.

Contra-
rium tenet
Henriquez,
& Ledesma.

Contrarium tenet Henriquez lib. 3. cap. 8. n. 2. ubi in fine ait: De præcepto non est renovandum oleum singulis annis. Idem habet lib. 2. cap. 29. n. 3. ibi: Prohibetur post Baptismum unguere veteri Chrifti: non tamen prohibetur unguere infirmos veteri oleo. Et in Gloss. lit. V. Ita, inquit, Theologi & utriusque Iuris periti Salmanticenses post longam consultationem. Concinit Ledesma in sum. to. 1. de Sacram. Extrem. Unct. cap. 2. in fine dicens: Non est certum, quòd sit præceptum renovandi oleum infirmorum singulis annis.

80.
Probari so-
let Concl.
ex cap. 18.
de Consec-
rat. dist. 3.

Soler autem Conclusio nostra probari ex c. Litteris 18. de Consecr. dist. 3. quod desumptum est ex Epist. 2. Fabiani, & sic sonat: Litteris vestris inter cetera insertum invenimus, quosdam regionis vestrae Episcopos à vestro nostroq. ordine discrepare, & non per singulos annos in Cæna Domini Chrifti consecrare. Et infra: Errant verò, qui talia excogitant, & mente vesana potius, quàm recta sentientes hæc audent. Et infra: Sicut enim ipsius diei solemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti Chrifti consecratio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & fidelibus tradenda: quia novum Sacramentum est per singulos annos, & iam dicto die innovandum, & verus in sanctis Ecclesiis cremandum. Ista à sanctis Apostolis & successoribus eorum accepimus, & vobis tenenda mandamus.

Sed perpe-
tam.

Sed manifestum est; Pontificem ibi tantum reprehendere Episcopos, qui singulis annis non conficiebant novum Chrifti Confirmationis, ut patet ex verbis interpositis: Dicunt enim, ut in memoratis apicibus reperimus, nec balsamum per singulos annos posse reperiri, nec necesse fore per singulos annos Chrifti consecrare, sed dum una consecratio Chrifti abundat, aliam fieri necesse non habere.

81.
Melius pro-
batur ex
consuetudi-
ne & Pont.
Rom.

Melius ergo & unice probatur hæc sententia ex consuetudine Ecclesiæ, & Pontificali Romano Tit. de Off. in Feria 5. Cæna Domini, qui sic incipit: Hæc die singulis annis benedicuntur

oleum Catechumenorum & infirmorum, & consue-
Chrifti. Et circa finem ita dicitur: Verus autem
Chrifti & oleum Catechumenorum ac infirmorum
quod remanserat in ampullis, ponitur in lampade
Ecclesiæ ante Sacramentum, ut comburatur, &
quum autem quod est in pyxidibus sive capsulis non
bombyce igni comburitur; & novum demum cum
va bombyce in pyxidibus sive capsulis imponitur.

Si licitum est uti veteri oleo, etiam extra
necessitatem, cur præscribitur renovatio annua
& combustio veteris olei? Et si præscribitur
ut reverà præscribitur, non minus quàm cer-
monia in benedictione observanda, quàm
mortali ex genere suo non licet prohibita omi-
tere, aut in novis alias mutare: cur minus pec-
tum erit omittere renovationem singulis annis
aut non comburere vetus oleum, aut etiam
absque necessitate?

Motus proprio (inquit Clemens VIII. Bull.
Ex quo in Ecclesia Dei. præfixâ Pontificali) ut
certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate
tudine, omnia & singula Pontificalia in bonâ
diem in quibuscumque terrarum orbis partibus
pressa, & approbata, & quibusvis privilegiis
licis munita, & Decretis ac clausulis roborata, præ-
sentes supprimimus & abolemus, etiam quæ
imposterum universis Ecclesiis, Monasteriis, Con-
tibus, Militiis, Ordinibus, & locis, aliquando
omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Ab-
batibus, & aliis Ecclesiarum Prelatis, ceterisq.
nibus, & singulis personis Ecclesiasticis, secularibus
& regularibus utriusque sexus interdicimus & prohi-
bemus, & hoc nostrum Pontificale sic restitutum,
reformatum in omnibus universis terrarum orbis
suis, Monasteriis, Ordinibus, & locis etiam excep-
si qua sunt, recipi & observari præcipimus.

Ecce præceptum Pontificium observandum
quæ in hoc Pontificali præscribuntur. Cur
non obliget renovatio annua Olei infirmorum
quæ præscribitur, ut suprâ vidimus?

Et ideo sic declarantur Card. apud Bona-
verb. Oleum sacrum n. 5. & expressis verbis
tuitur in Rit. Rom. Tit. de Sacram. Extremæ
Unct. ibi: Habeat igitur Parochus loco nudi
decenter ornato, in vase argenteo seu stanneo
custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod
singulis annis seriâ 5. in Cæna Domini: ab Episcopo
benedictum, veteri combusto, renovandum est.

Cæterum cum illa renovatio non sit de
cessitate Sacramenti, nulla apparet ratio, quare
usus veteris olei non sit licitus in necessitate
proinde, ut habet sequens pars Conclusionis
Veteri uti potest qui novum nondum accepere potest
communiter Doctores; & per consequens
tur uti, ne alioquin infirmus absque subsidio
hujus Sacramenti decedat, ut docet Averro
suprà n. 16. Et pro ea sententia Dis. p. 5. tract.
resol. 90. adducit ex Gavanto in Manuali Episcopi
verb. Extrema Unctio n. 10. declarationem So-
cræ. Congreg. Episcoporum die 20. Martii
anno Domini 1590.

Quæ declaratio (inquit Arriaga supra n. 15.) non videtur mihi fuisse admodum necessaria; quia omnes communiter sentiebant, & merito, estd etlet præceptum de ea renovatione, nolle tamen Ecclesiam, adeo illud strictè servari, ut etiam cum periculo gravi damnationis æternæ infirmi, non possimus uti antiquo, cum ea sit ceremonia exigui valde momenti; & fortè ab Ecclesia ideo præcisè est requisita, ne oleum illud antiquitate corrumpetur, & redderetur aliquo modo infirmis adversum suo odore. Hæc ille.

Ego autem iudico, ob eam rationem esse requisitam renovationem olei infirmorum, ob quam requisita est renovatio Chrismatis Confirmationis. Et, amabò, quæ illa? Quam supra assignavit Fabianus Pontifex Epist. 2. Si- cut ipsius diei solemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti Chrismatis consecratio (& oleorum benedictio) per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & fidelibus tradenda.

Utrumque sit de ratione seu motivo renovationis huius olei; cum Pastores, ut dictum est, possint, immo teneantur uti veteri, in absentia novi, monendi sunt (ut bene notat Hesselius in suo Catechismo lib. 5. c. 67. in fine) malè quosdam vetus oleum, in die Cænae Domini comburere, quia sic contingit eos absque recentiori oleo esse, usque ad secundam, tertiam, vel quartam feriam Paschæ interdum; atque ipsi plures nonnunquam posse sine Unctione Extrema ex hac vita migrare. Scio (inquit ille) præceptum vel statutum esse alicubi, ut in Cæna Domini comburatur vetus oleum; sed hoc intelligitur in Ecclesiis Cathedralibus, ubi tunc Episcopus aliud oleum consecrat, vel antea potius consecravit. Aliæ autem Ecclesiæ, recens consecratum oleum non tam citò habere possunt; ideoque Pastores earum non debent se veteri oleo privare, priusquam novum habeant, ne aliquod dispendium accipiant ægro- tantes. Hucusque Hesselius.

Restat ultima pars Conclusionis, scilicet: *Oleum non benedictum in minori quantitate valide miscetur benedicto.* Casus autem esse potest, quando timetur, quòd oleum benedictum non erit sufficiens. Tunc validè, imò & licitè posse misceri oleum non benedictum in minori quantitate, est communis sententia, & ratio est; quia oleum benedictum in majori quantitate, trahit ad se oleum non benedictum in minori quantitate, ac proinde utrumque censetur benedictum; veluti dum Casula benedictæ, assuitur pro reparatione, aliqua pars, minoris quantitat, non benedicta, tota equidem Casula censetur benedicta.

Unde, sicut fieri posset, ut nulla pars Casula primò benedicta superesset, & tamen Casula tota foret benedicta; ita etiam fieri posset, ut nulla pars olei primò benedicta extraret, & ta-

men totum oleum foret benedictum. Quod non est inconveniens magis hîc, quàm ibi.

Cæterùm quæ olei non benedicti, eadem, si non major, videtur esse ratio olei consecrati veteris anni, si fortè superlit; quia tunc saltem nulla potest esse dubitatio de validitate Sacramenti. Immo neque in priori casu; nam Ritual. Rom. præscribit mixtionem illam Tit. de Sacram. Extre. Unct. ibi: *Id raven si forte infra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non possit videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modo oleo non benedicto in minori quantitate, superinfuso reparari potest.* Quis ergo audeat dubitare de validitate Sacramenti cum tali oleo?

Sed nunquid oleum, sic mixtum ex veteri & novo, comburendum est, si postea afferatur novum oleum sufficiens? Dubito. Cur enim, sicut oleum benedictum in majori quantitate, efficit oleum non benedictum, in minori quantitate mixtum, benedictum; cur, inquam, simili ratione, oleum novum in majori quantitate, non efficit oleum vetus, in minori quantitate mixtum, oleum novum? Cur ergo debeat comburi? Sin autem oleum vetus fuerit in majori quantitate, cum tunc oleum novum, mixtum in minori quantitate, fiat oleum vetus, juxta principia jam posita, mirum non est, quòd totum illud mixtum debeat comburi, si postea afferatur novum oleum sufficiens. Et hæcenus de materia remota huius Sacramenti. Sed quæ proxima? Audi quod sequitur:

CONCLUSIO IV.

Materia proxima Extremæ Unctionis est unctio, ex consuetudine faciendâ in formam Crucis. Probabiliter valet unica in quacunque corporis parte. Ex præcepto requiruntur quinque, in quinque determinatis partibus, oculis, auribus, naribus, ore, & manibus.

Suppono cum communi & indubitata sententia, oleum benedictum propriè loquendo non esse Sacramentum. Sed (ut bene advertit Seraphicus Doctor 4. dist. 23. a. 1. q. 3. n. 22.) ad Sacramentum ordinatum. Et ratio, inquit, huius est, quia non habet nec perfectam significationem, nec sanctificationem, quousque applicetur infirmo, & superveniat Sacerdotalis Ordo: tunc enim significatur gratia manens, & tunc est primò præsens non antiè. Et ideo non est simile de Corpore Domini, ubi in prima sanctificatione fit conversio, & post non additur uberior interior significatio, quæ novam introducat virtutem. Hæc ille.

Paucis

86. Eadem est ratio olei consecrati veteris anni.

Rit. Rom.

87. An oleum sic mixtum comburendum sit.

88. Oleum bea- dictum propriè lo- quendo non est Sacra- mentum, est S. Bonav.

Arriaga

84. Quare Ec- clesia re- novationem olei.

Hesselius.

85. Oleum non benedictum in minori quantitate valide miscetur benedicto.

88. Oleum bea- dictum propriè lo- quendo non est Sacra- mentum, est S. Bonav.

Paucis dico; oleum benedictum quousque applicetur infirmo, non est signum efficac gratiae aut gratuiti effectus, sedus panis consecratus ante manducationem. Et ideo hic est Sacramentum propriè loquendo, sedus illud. Alioquin benedictio olei foret forma hujus Sacramenti, adeoque solus Episcopus minister ordinarius; quod est contra sensum totius Ecclesiae, explicatum in Concil. Trident. sess. 14. de hoc Sacram. cap. 3. ut infra proprio loco videbimus.

Immo sequi videtur ex illa doctrina, ad validum usum hujus Sacramenti non fore necessarium Presbyterum, uti pro accipienda Eucharistia non est necessarius; quod tamen non minus repugnat sensui totius Ecclesiae.

Itaque oleum benedictum non est Sacramentum Extremæ Unctionis propriè loquendo, sicuti Chrisma benedictum non est propriè loquendo Sacramentum Confirmationis, aut aqua benedicta Sacramentum Baptismi: sed hæc Sacramenta, sicut & alia (excepta Eucharistia) consistunt in usu; ac proinde oleum benedictum solum est materia remota hujus Sacramenti, sicuti Chrisma benedictum solum est materia remota Confirmationis, & aqua benedicta solum est materia remota Baptismi.

Et consequenter dico, sicuti unctio cum Chrismate benedicto, est materia proxima Sacramenti Confirmationis, & ablutio in aqua, materia proxima Baptismi; sic etiam unctio cum oleo benedicto, est materia proxima hujus Sacramenti; quod satis innuitur illis verbis Jac. 5. *Vngentes eum oleo*, prout ea semper Ecclesia intellexit, teste Trident. suprâ c. 1. ibi: *Intellexit Ecclesia materiam (remotam) esse oleum ab Episcopo benedictum; nam unctio aptissime Spiritus sancti gratiam, quâ invisibiliter anima agrotantis inungitur, representat.* Porro representare seu significare gratiam internam Spiritus sancti, proprium est Sacramento novæ Legis.

Igitur unctio concurret ad hoc Sacramentum vel ut materia, vel ut forma; non tamquam forma, ut clarum est; ergo tamquam materia, non ut materia remota; quia unctio proximè determinatur à forma; *Per istam sanctam Unctionem &c.* ergo tamquam materia proxima. Congruentiam assignat Scotus suprâ n. 3. *Quia istud signum sensibile congruit effectui, scilicet interiori unctiioni curativa.*

Sed cum hoc satis constet inter Catholicos, controversia equidem non modica existit; an valeat unica unctio, an verò necessitate Sacramenti requirantur plures unctioes, & quot. Præterea; an illa unctio fieri debeat in formam crucis, idque immediatè manu ministri.

Ad ultimam questionem respondet Conclusio: esse faciendam Unctionem in formam crucis, non ex necessitate Sacramenti (hanc enim omnes rejiciunt) sed ex usu seu consuetudine juxta præscriptum Rit. Rom. suprâ, ibi: *Dein-*

de intincto pollice in Oleo sancto in modum crucis legit infirmum in partibus hic subscriptis &c.

Si dixeris; hæc Rubrica non obligat, unctio fiat immediatè manu Sacerdotis; ergo etiam non obligat, ut fiat in modum crucis.

Respondet Averfa hic sect 4 §. *Ritus Neg.* Antec. Rursus, inquit; nec est de necessitate Sacramenti, sed bene de obligatione præcepti, ut minister manu suâ immediatè tangat & ungat infirmum, non mediante gossipio, calamo aut virgâ, & sedus faciens peccaret mortaliter, quia est res factis gravis. Atamen tempore mortis, ad vitandum contagium, licitum esse togere mediante virgulâ oblongâ, rectè concludunt Sylvius hic q. 32. a. 3. Prepos. dub. 6. n. 48. Aliique plures. Hoc enim modo facienter ad substantiam, & ex tali causa etiam reverentiam ministratur Sacramentum. Hæc ille.

Sed minus rectè, spectando usum & consuetudinem, quæ, saltè in Belgio, contra præscriptum, juxta illud Pastoralis Mœchitatis *His dicitis Sacerdos peragat unctioes, & pollicem virgulam intingat in oleum sacrum &c.*

Cur ergo magis obliget Rubrica præscripta, in uno casu, quàm in alio, ratio est, consuetudo. Quamquam exillimem, hanc consuetudinem haud graviter obligare; quia materia levis est, seculo semper scandalo & contemptu. Unde si subesset aliqua causa, nullum omnino foret peccatum, v. g. in urgente necessitate tituli mortis.

Nihilominus extra necessitatem esse peccatum mortale, docet Nugnus in *Addit.* p. q. 29. a. 6. ubi (teste Dia. p. 3. tract. 4. fol. 188.) sic asserit: *mortale peccatum est credere unctioes sine figura crucis; probatur, quia est contra omnem consuetudinem Ecclesie, & re gravi.* Unde falsa & improbabilis mihi videtur sententia Suarez, dicentis, non esse grave peccatum omittere crucem. Ita Nugnus.

Sed hic Auctor (inquit Diana suprâ) de illa etiam notavimus, nimis auctoriter se gerit in censurandis opinionibus; unde ego puto, opinionem Suarez, quam ipse falsam & improbabilem putat, esse probabilissimam. Ita Diana. Et ego idem puto; quia non sunt multiplicitate peccata mortalia absque manifesta necessitate, quæ hic non apparet, defectu gravitatis materię.

Consequenter; dato, quod esset obligatio ungenti manu immediatè, nondum video obligationem gravem; quia materia videtur levis. Enimvero interventu virgulæ non impeditur, quò minus absolutè dicatur ipse Sacerdos unguere, sicuti dicitur in Baptismo lavare, etiam immediatè non tangat aquam, sed eam ex vase infundat suprâ baptizandum. Aliunde autem satisficit necessitati infirmi.

Unde ergo tanta gravitas materię, immo diati, inquam, contactus phycici manus Sacer-

89.
Unctio
cum oleo
benedicto
est materia
proxima
hujus Sa-
cramenti.
Jacobi, 5.
Trident.

Scotus.

90.

Debet ne-
cessitate
precepti
fieri in for-
mam cru-
cis.

dotis inungentis, ut debeat omiffio ejus cenferi gravis irreverentia? Ego tantam gravitatem non invenio, & ideo non aufim afferere peccatum mortale, fed ad fummum veniale; feclulo femper, uti dixi in præcedenti cafu, fcandalo & contemptu.

Neque in his duobus punctis valet argumentum à Confirmatione ad Extremam Unctionem; quia imprimis, ufus ubique obtinet immediatam unctionem manûs Epifcopalis, non mediante aliquo inftrumento; deinde, in ipfa forma Confirmationis exprimitur fignum crucis: *Signo te figno crucis.*

Et optima congruentia eft; quia hic homines deftinantur ad defenfionem fidei Chriftianæ, ac proinde conveniens planè erat, ut cruce fignarentur, ad eam intrepidè portandam, ac confitentiam coram Tyrannis. At verò in Sacramento Extremæ Unctionis, folum applicatur unctio feu inungitur infirmus per modum Medicinæ, ad recuperandam falutem tam mentis, quàm corporis; neque in forma ejus fit ulla mentio crucis.

Et licet diceretur (quod tamen ordinariè non dicitur) *In nomine Patris & Filii* &c. id tamen non probaret majorem neceffitatem, quia idiplum, ut effentiale, ponitur in forma Baptifmi; jam autem conftat, indè nihil inferri de neceffitate abluionis per modum crucis.

Quod attinet ad quantitatem unctionis, de qua Aliqui hic movent difficultatem: Refpondeo eodem modo, ficut ad fimilem difficultatem, de quantitate abluionis respondi difp. 2. concluf. 4. putà, tantam debere effe, ut ab ea homo moraliter, feu in communi hominum æftimatione, poffit dici, & verè dicatur unctus. An porro ad hoc fufficiat una gutta olei, difputatur inter Doctores.

Filliucius to. 1. tr. 3. c. 4. n. 78. non videtur, inquit, fatis unam guttam olei stillare; fed opus eft perfundere partem fensûs, id enim eft ungerè. Idem docet Suarez fuprà feft. 2. n. 4. dicens: Non erit fatis unam guttam olei stillare, quia id vel non eft ungerè, vel certè eft res aliquo modo dubia; fed oportet partem corporis oleo linire, aliquid per illam diffundendo: hoc enim eft propriè, & in rigore ungerè. Hæc ille.

At verò Dicaftillo hic difp. 1. n. 44. Id, inquit, Aliis meritò non placet, nec mihi; fufficit enim, quòd tangatur oleo, ut verè dicatur unctus; ficut fufficit in Baptifmo, quòd fenfibiliter tangatur aqua, ut contingere poffet, quando baptizaretur quis afperfone; fi enim tunc per tangentem guttam aquæ dicitur lotus, quidni per tangentem guttam olei dicitur unctus? Illud verò adverto; illos Auctores non dicere, quòd una gutta non fufficiat; fed quòd non fatis fit illam stillare, fed opus effe perfundere partem & oleo linire. Unde fi stillata gutta extendatur, fatis erit. Hæc tamen Dicaftillo.

Cui conlonat Arriaga difp. 53. n. 22. dicens: Ego fanè, uti dixi, unam guttam aquæ, nifi cum motu aliquo locali, non videri propriè ab-

lutionem, ita de unctioe dico, quòd enim una gutta olei tangat manum, non videtur juxta acceptionem hominum fufficere, ut dicatur homo unctus.

Accedat judicium Averfæ hic feft. 2. in fine: In hac re, inquit, fati ufus ipfo conftat, non folum fufficere unam olei guttam ad ungendam unam partem: fed fatis effe, ut Sacerdos, intingens extremum digiti in oleo, liniat partem ungendam, & fic verè ungerè. Nec eft fimile de Baptifmo, ut patet in ipfis humanis actionibus: planè enim longè minus fufficit ad ungendum, quàm ad abluendum: & nomina ipfa abluionis & unctio- nis id denotant. Hæc ille.

Claudat agmen Herinck hic n. 17. ubi fic ait: Sufficit vel unica olei gutta ad verè ungendam feu liniendam partem corpori, ut ex ipfo ufus patet, qui alius eft in Baptifmo; quàmvis ad hunc quoque, feu ad veram abluionem fufficere guttam aquæ, fit probabile. Fortè tamen (inquit Suarez difp. 40. feft. 2. n. 4.) non fufficeret unam olei guttam stillare, fed oporteret partem fensûs perfundere. Quod etfi quò ad primum fit apparens, cum id non videatur fufficere ad veram unctioem; non tamen quoad fecundum, fi verba fpectemus: alioquin fanè ampulla olei facile brevi evacuetur. Ita præfatus Auctor.

Sed quæro ego: quot guttæ requiruntur ad perfufionem feu diffufionem olei? Nonne ftilla fignificat unam guttam? Et hæc fecundùm Dicaftilloem fuprà fufficit. Atque ut duæ require- rentur, nunquid ideo ampulla olei facile brevi evacuetur? Noli timere, ubi non eft timendum. Singulis quippe annis oleum renovatur, & ordinariè non adeò multi in fingulis Parochiis, fingulis annis funt inungendi.

Et dato, quòd plùs aquæ foret neceffarium ad abluendum, quàm olei ad ungendum, ut vult Averfà; hinc tamen non rectè inferitur, fufficere unam guttam olei, feu potiùs ftillationem unius guttæ; quia poffet aliquis refpondere, fufficere duas guttas olei ad ungendum; fecus duas guttas aquæ ad abluendum.

Cæterùm placet fententia Averfæ fuprà, fcilicet fatis effe, ut Sacerdos intingens extremum digiti in oleo liniat partem ungendam; liniat, inquam, five unà guttâ, five pluribus; dummodò reverà fit, & fecundùm communem æftimationem hominum mereatur appellari unctio; nihil enim aliud requirunt illa verba Iac. 5. *Vngentes eum oleo.*

Nec aliud requirit Rit. Rom. ut fuprà vidimus, quàm quòd Sacerdos intincto pollice in Oleo fancto, in modum crucis ungat infirmum. Quod fi obfervaveris, nihil hæfites de valore Sacramenti, fi cætera adfint; neque periculum eft alicujus peccati.

Reftat præcipua & fatis gravis difficultas de numero unctionum, qui requiruntur five ad validam, five ad licitam adminiftrationem hujus Sacramenti; cum enim Conc. Flor. affignet feptem unctioes, & aliunde conftet, non omnes effe ne-

Judicium Averfæ.

98. Quid de hæc re lequatur Herinck.

99. Auctori placet fententia Averfæ.

101.

102.

103.

104.

95. Non valet in his argumentum à Confirmatione.

96. Quæ debeat effe unctio.

Suarez & Filliucius putant non fufficere, unam guttam stillare.

97. Contrarium docet Dicaftillo.

Sententiam Suarez fequitur Arriaga.

cessarias necessitate Sacramenti, immo nequidem necessitate præcepti, ut statim videbimus, hinc dubitatur, & merito, quot & quæ ex illis septem unctionibus sint necessariae.

Septem enumerat Conc. Flor.

Si autem à me quæritur, quæ sint illæ septem unctioes? Citius respondeo verbis Concilii in Decreto Eugenii: *Vngendus est (infirmus) in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem videntem.*

101. Non omnes sunt de necessitate, nequidem præcepti. Rit. Rom.

Porro quòd omnes hæ unctioes non sint necessariae, nequidem necessitate præcepti, multò minus necessitate Sacramenti, nimis manifestè patet ex Rit. Rom. tit. de Sacram. Extrem. Unct. ibi: *Quinque corporis partes præcipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit; nempe oculi, aures, nares, os & manus: at tamen pedes etiam & renes ungenti sunt; sed renum unctio in mulieribus honestatis gratiâ semper omittitur, atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non potest. Sed si in mulieribus, si in viris, alia pars pro renibus ungi non debet.*

Patet de unctioe renum.

Igitur certum est, unctioem renum nec in se, nec in alia parte esse necessariam, etiam necessitate præcepti, nisi fortè adhuc alicubi contraria consuetudo vigeret, quæ tempore Concil. Flor. videtur fuisse. Sanè in Pastoral. Mechliniensi, quàmvis omittatur unctio renum, seu lumborum, equidem substituitur generaliter unctio pectoris, quæ etiam hodie observatur.

102.

Cùm ergo ex solo Florent. constet de numero unctioem (nam Scriptura solum requirit unctioem Iac. 5. *Vngentes eum oleo: similiter Trident. de hoc Sacram. c. 1. ibi: Unctio apostolicæ Spiritûs sancti gratiam &c. representat*) profectò si unam dicimus non necessariam, quidni & aliam? Cur unctio oculorum potius sit necessaria necessitate Sacramenti, quàm unctio renum, pedum, &c?

Potuit Christus instituere unctioem cuiuscumque partis.

Potuit namque Christus, à cuius voluntate totum dependet, potuit, inquam, instituere unctioem cuiuscumque partis, potuit instituere unctioes plures plurium partium, oculorum, manuum &c. ex Scriptura non colligitur determinatus aliquis numerus unctioem, neque determinatio alicujus partis: Florent. autem enumerat septem unctioes, & septem distinctas partes, & aliunde non significat unam esse magis essentialem, quàm aliam, & tamen non omnes essentialia sunt: ergo &c.

103.

Et ideo aliqui DD. sustinent, unctioem cuiuscumque partis sufficere ad valorem Sacramenti. Communior tamen sententia requirit unctioes quinque sensuum; putà oculorum, aurium, narium, oris & manuum. Tota autem, vel certè efficacissima probatio hujus sententiæ, est communis usus & praxis Ecclesiæ; nam rationes, quæ afferuntur, nullæ sunt, cùm totum dependeat, ut statim dixi, ex voluntate instituen-

Aliqui docent unctioem sufficere ad essentialiam Sacramenti: communior autem sententia requirit quinque.

tis, & potuerit Christus instituere unctioem; cùm per ipsam sufficienter representetur Spiritûs sancti gratia, quæ involubiliter anima ægrotantis inungitur; veluti per unctioem ablutionem in Baptismo sufficienter representatur Spiritûs sancti gratia, quæ anima involubiliter abluatur à peccatis tam mortalibus, quàm venialibus, idque omnibus tam communitè per visum, quàm auditum &c. Cur ergo per unctioem non poterit haberi similis remissio peccatorum, adjungendo proportionatam formam, utputà: *Per istam sanctam Unctioem indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti?*

Atque ut non possit haberi remissio omnium delictorum, saltem poterit haberi remissio peccatorum, commissorum per istum sensum, qui inungitur, quod sufficit, ut illa unctio sit verum Sacramentum, quàmvis partiale, sicut est partialis remissio. Nisi fortè quis dixerit, unum peccatum veniale non posse hinc remitti sine alio, five unam formam partialem in hoc Sacramento, in sua significatione dependere ab alia: de quo plura Conclusionem sequ.

Optima ergo, sicut dixi, probatio communis sententiæ, est praxis Ecclesiæ, ex qua aliquando cognoscitur voluntas instituentis. Atque quia non omnia, quæ communiter observantur in administratione Sacramentorum, sunt essentialia, ut consideranti patet; & quoniam etiam illæ quinque unctioes non uniformiter ab omnibus observantur; nam Græci non inungunt oculos vel aures, sed frontem, genas & mentum, deinde pectus, tum manus, idque ex utraque parte, postremum pedes, teste Arcudio lib. de Extre. Unct. c. 7. Et Ecclesia latina, si quis careat organo sensûs, inungit partem proximam, juxta illud Rit. Rom. supra: *Si quis membris sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proximam ungetur eadem verborum formâ: hinc probabile existimo, quod ait Conclusio: Valet unctio*

Et si dixeris; quando infirmus caret organo sensûs, impossibilis est unctio illius sensûs, quæ ergo mirum si valeat Sacramentum sine unctioe illius sensûs? Dicam ego consimiliter; tempore pestis est moraliter impossibilis unctio quinque sensuum, quid ergo mirum, si valeat Sacramentum absque illa unctioe?

Quapropter in Pastoral. Mechliniensi antiquæ editionis cap. 9. de Extre. Unct. ita scriptum est: *In morbis contagiosis, & peste & affluente, ut periculum evitetur, sufficit ungi organum sensûs, magis ad unctioem expositum aut detectum, dicens: Per istam sanctam Unctioem & suam possessionem recordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum, auditum &c.*

Hoc autem Pastoral. dicitur approbatum à Facultate Theologica Lovaniensi anno 1588. simul & à Nuntio Apostolico Othavio Tricarienti. Idemque præscriptum dicitur in Pastoralibus Ruremondensi & Pallaviensi.

Et aliunde multum verisimile est, sapienter secundum ista Pastoralia hoc Sacramentum fuisse administratum. Ex quo patet, praxim non ita esse universalem, ut Alii volunt, saltem in necessitate.

Et ratio aliqua congruentia quod Extrema Unctio sit consummatio praediximus, Sacramenti Poenitentiae; sicut ergo non requiritur in necessitate integra Confessio, Christo sic volente, ut melius esset provisum saluti animarum; ita quoque praesumere possumus de divina misericordia, quod non alligaverit veritatem huius Sacramenti illis quinque unctionibus, quae sapienter sunt moraliter vel physice impossibiles, ut melius esset provisum saluti animarum.

Adde praecipuam efficaciam huius Sacramenti consistere in forma, ut colligitur ex illo Iac. 5. Et oratio fidei salvabit infirmum; iam autem in forma non necessario necessitate Sacramenti exprimuntur omnes sensus, ut patet ex forma Ambrosiana & Veneta, quam Sect. seq. assignabimus: cur ergo necessario necessitate Sacramenti debeant omnes inungi?

Quia, inquis, totus homo debet moraliter inungi. Respondeo; sicut in Baptismo ablui: sicut ergo in Baptismo sufficit ablutio notabilis partis, v.g. capitis, ita etiam hic sufficit unctio v.g. capitis, in quo vigent omnes sensus, vel alterius partis v.g. manus, pedis &c. quia, ut ait Serrarius de Extre. Unct. c. 9. nomine carnis seminarium vitiorum intelligitur confusio modo loquendi Scripturae; ergo dum caro inungitur, sive sit manus, sive sit pes &c. inungitur seminarium vitiorum: ergo illa unctio sufficit, ut per eam significetur & remittantur omnia peccata.

Omitto; quod quaelibet pars corporis sit sensorium tactus; cum ergo secundum Pastoralia Mechliniense sufficiat inungere tempore pestis organum sensus, magis expositur, iane sufficiet inungere quamcumque partem corporis; non solum in necessitate, sed etiam extra necessitatem, quantum ad valorem Sacramenti: quippe quod semel est materia essentialis, semper talis est, quamvis non semper sine peccato possit adhiberi, ut constat ex alijs Sacramentis.

Dices: Confessio non integra valet in necessitate, secus extra necessitatem. Respondeo; disparitas est, quod ille, qui non integre confitetur extra necessitatem, per se loquendo peccat mortaliter; ac proinde non ita defectu Confessionis, quam bene defectu debiti doloris, in valide absolvitur.

Hinc si per accidens non peccaret, propter bonam fidem, quia invincibiliter ignorat praecipuum integrae Confessionis; etiam valide absolveretur extra necessitatem, sicut in necessitate. At verò in hoc Sacramento, quamvis ita ministrans & suscipiens peccarent mortaliter, hoc tamen non posset obviare valori Sacramenti, ut omnes debent fateri; quia etiam in necessitate possent peccare mortaliter, si v.g. essent in statu peccati mortalis, & tamen secundum Omnes valetet Sacramentum.

Rogat aliquis, an saltem non debeat tali casu Sacramentum conferri sub conditione? Respondet Suarez hic disp. 41. sect. 3. n. 8. Si omitteretur hoc Sacramentum, quia scilicet nullus vult illud ministrare modo ordinario, propter periculum contagii, vel quia morale periculum est, ut infirmus antea moriatur: consulerem omnino ita inungere sub concepta conditione, potius quam omittere; quia tunc nec fit irreverentia Sacramento, & proximo valde utile esse potest: nam fortasse ita salvabitur, & alijs condemnabitur; si fortasse est tantum attritus, & confiteri non potuit, vel per ignorantiam non ite confessus est. Haec ille.

Hiquæus autem in suo Comment. 4. dist. 23. q. un. à n. 28. existimat nullam conditionem esse necessariam, fundans se in Decreto Pastoralis Mechliniense supra allegato, quod ministerium praescribit fieri absolute, & non sub conditione. Nam, inquit, sicut ex sententia D. Thomae & plurium Doctorum ministrari potest Sacramentum cum absoluta intentione, omnis quibusdam unctionibus, quae sunt in usu Ecclesiae Romanae, quia consuetudo aliarum Ecclesiarum particularium illas unctioes non habet; ita etiam consuetudo Ecclesiae Belgicae, ex natura discussionis proveniens, eandem auctoritatem sortitur, ut ex ea interpretemur valorem Sacramenti collati hoc modo in casu necessitatis tantum. Haec tenet Hiquæus.

Qui si Pastoralia Mechliniense posterioris editionis vidisset, in quo illud Decretum omisissum, & si audivisset, quod ego audivi, illud Pastoralia non fuisse approbatum à Facultate Theologica, sed solum à Decano Facultatis, & idcirco constitutum esse, ne in posterum in similibus approbationibus, Decanus, vel alius, nomen officii sui apponat, sed suum dumtaxat, si inquam, haec duo puncta mature expendisset Hiquæus, credo plane, quod non tam constanter adhæsisset illi Decreto seu praescripto Pastoralis, & libenter admisisset appositionem conditionis, quae indubie magis secura est, neque ullatenus contrariatur reverentiae debite Sacramento, cum communior sententia doceat, talem unctioem esse invalidam. Et ideo contraria non practicanda, nisi in necessitate, & in necessitate, non nisi sub conditione.

Auctores pro Conclusionem nostram vide apud Dia. p. 3. tract. 4. resol. 168. quos sequuntur rique Recentiores. Unde (inquit Dia. in tali casu potius velocissime, sine crucis forma, unum oculum, unam aurem, unam manum, & narem, & os unice sententiam, partialium omnium formarum sententias complectente; inungerem dicendo: Per istas sanctas Unctiones & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid per visum, auditum, odoratum, gustum & tactum deliquisti.

Quod & ego facerem, quando foret possibile; quod si & hoc foret physice vel moraliter impossibile, vel propter instans periculum mor-

108. An in casu propofito debeat conferri Sacramentum sub conditione? Affirmat Suarez.

Negat Hiquæus.

109. Auctor apponit probat sententiam Suarez.

110. Praxis Dia. n.

quam auct. plectitur auctor.

Ratio aliqua congruentia

106. Alia probatio defum. pra ex forma.

107. Obiectio solvitur.

Quilibet pars corporis est sensorium tactus.

107. Obiectio solvitur.

tis, vel propter periculum contagionis; inungerem partem corporis, magis ad unctionem expositam, dicendo: *Per istam sanctam Vnctionem indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti; sed sub conditione, ut statim dixerit.*

III.
Unctiones
s. sensuum
cum formis
proportio-
natis sunt
pceptae

Ceterum, ut ut sit de necessitate Sacramenti, certum est, unctiones quinque sensuum, seu quinque unctiones, cum quinque partialibus formis sibi proportionatis, esse necessarias necessitate pcepti, ut habet ultima pars Conclusio- nis, nisi alicubi sit contraria consuetudo, quae observanda erit.

Ratio à priori voluntas Ecclesiae, quae factis constat ex Rit. Rom. & aliis Ritualibus particularium Ecclesiarum, à quibus nullatenus est recedendum, juxta Conc. Trident. sess. 7. de Sacram. in genere can. 13. sequentis tenoris: *Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesia Catholica ritus, in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi solitos, aut contemni, aut sine peccato à Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit.*

Jam autem Ecclesiam Romanam quinque unctiones adhibere solitam in solemnibus administratione hujus Sacramenti, nemo dubitat. Igitur illas omittere pro libito non licet: praesertim, quia exponitur Sacramentum periculo nullitatis; cum communis sententia, ut vidimus, doceat, eas esse necessarias necessitate Sacramenti.

112.
Discursus
Scoti de his
unctioni-
bus,

De his itaque unctionibus ita discurret Doct. Subt. 4. dist. 23. q. unica n. 3. *Quod additur: In determinatis partibus: iste particula sunt organa potentialium, per quarum actus peccatur frequenter venialiter, utpote organa quinque sensuum, & potentia motiva. Et hoc aliquando respectu eiusdem sensus vel potentia geminata, ut organa potentia visiva, ut oculi duo, organa potentia auditiva, duae aures, organa potentia olfactiva, nares, organa potentia tactiva, manus. Et sic istis praedictis, sicut geminantur organa, ita geminantur unctiones. Organum gustus est lingua, in qua non fit, propter abominationem tollendam, unctio, sed exterius super os: propter autem organum potentia generativa fit unctio ad lumbos, iuxta illud Greg. super illud Luc. 12. *Sicut lumbi vestri praecincti &c.* Viris, inquit, luxuria in lumbis est. Propter organum motiva quantum ad progressivam, quae est principalis motiva, fit duplex unctio in duobus pedibus tanquam organis ad illum motum ordinatis.*

Alia motio, quae frequenter peccatur, est motio linguae, iuxta illud Iac. 3. *Qui non offendit verbo, hic perfectus est vir, & multa alia ibi.* Et contra illud est unctio oris, ita quod ipsa est remedium contra duplex peccatum veniale, sicut lingua congruit in duo opera natura 2. de Anima, in gustum scilicet & loquelam. Sunt ergo undecim unctiones, scilicet partiales, sed aliquae sunt geminatae quasi una, ita quod sunt septem principales, quinque in organo 5. sensuum, sexta in organo principali potentia motiva progressiva, septima in organo principali generativa. Huc-

usque Scotus, Recte secundum usum Ecclesiae illius temporis, qui mansit usque ad tempora Concil. Florent. ut patet ex verbis eius supra allegatis.

Cur autem magis illae partes sint inungenda, quam aliae, ratio à priori voluntas Christi vel Ecclesiae. Congruentiam assignat Scotus ibi. *Per quarum actus peccatur frequenter venialiter.* Et dicit D. Thom. in Suppl. q. 32. a. 5. in corp. *Respondendo dicendum, quod hoc Sacramentum per modum curationis exhibetur; curatio autem corporis non oportet quod fiat per medicinam totum corpus perficitur, sed illis partibus, ubi est radix morbi.* Et dicit etiam unctio sacramentalis debet fieri in illis partibus tantum, in quibus est radix spiritualis infirmitatis.

Et ibidem a. 6. in corp. sic dicit: *Omnis nostra cognitio à sensu ortum habet: & quia ubi est in nobis prima origo peccati, ibi debet unctio adhiberi; illa inunguntur loca quinque sensuum, scilicet: oculi propter visum, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum, manus propter tactum, qui in pulpis digitorum praecipue viget, & propter appetitivam inunguntur aliquibus renes, pedes inunguntur propter motivam, qui sunt principales eius infirmitatum. Et quia principium primum operationis humanae est cognoscitiva, ideo illa unctio ab omnibus observatur, quae fit ad 5. sensus quasi de necessitate Sacramenti: sed quidam non servant alias, quidam vero servant illam, quae ad pedes, & non quae ad renes, quae appetitiva & motiva sunt secundaria principia. Ita Doctor Angelicus.*

Ubi nota; unctionem, quae fit ad 5. sensus, D. Thomam non vocare simpliciter, *De necessitate Sacramenti, sed; Quasi de necessitate Sacramenti* (quo etiam termino utitur 4. dist. 23. q. 2. a. 1. q. 2.) quia videlicet ab omnibus observatur, sicut ab omnibus observantur illa, quae simpliciter sunt de necessitate Sacramenti.

Quæris à me; an etiam illae unctiones quinque sensuum observandae, quando infirmus est mutilus, carens v. g. manibus, auribus &c. Respondet ex Rit. Rom. supra: *Si quis sit infirmus quo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur; quod etiam ab omnibus proficitur.* Et docet S. Tho. supra in supple. a. 7. in corp. hinc verbis: *Respondendo dicendum, quod unctio etiam inungi debet, quanto propinquius esse potest ad partes illas, in quibus unctio fieri debet: quia quamvis non habeant membra, habent tamen potentias animas, quae illis membris debentur, sicut in radice, & interius peccare possunt, per ea quae ad partes illas pertinent, quamvis non exterius.*

Sed hic oritur aliqua difficultas ex Sacramento Ordinis; nam supposito, quod unctio manuum sit de essentia Diaconatus vel Presbyteratus, qui caret manibus, incapax prorsus est illius Sacramenti, nec poterit in propinquis partibus inungi, non solum licite, verum etiam valide; ergo similiter in hoc Sacramento, ex hypochondrio, quod unctio manuum sit essentialis, ut videtur velle Suavius disp. 42. sect. 3. n. 3. dicens: *cap.*

communiter iudicant Theologi, illam determinatam partem (intelligit manus) pertinere ad substantiam Sacramenti.

Et verò si partes unguendæ, ex vi institutionis divinæ sunt determinatæ, & inter illas partes manus, quomodo possunt loco illarum, aliæ à nobis substitui? Aut cur non potius substituenda illa pars, in qua post manus tactus vehementior est, quàm ea, quæ loco propinquior, cum hæc propinquitas sit veluti materialis, illa autem formalior?

116. Responsio Suzzii ad 1. arg.

Respondet Suarez suprâ ad primum argumentum, disparitatem esse inter hoc Sacramentum & Ordinem; quòd ille, qui caret manibus, non minus indigeat sine & fructu Extremæ Unctionis; at verò prorsus ineptus sit ad finem & officium Ordinis, & ideo debuit Extrema Unctio ita institui, ut ab ejus participatione non excluderetur, merito autem est incapax Ordinis; ibique, inquit, manus designatæ sunt ut omnino essentielles, non verò in præsentia.

Responsio ad 1. & 2.

Ex quo facilè respondet hic Auctor ad secundum & tertium argumentum; scilicet, manus non esse adæquatam subjectum unktionis, sed primum quasi, quod per se debet ungi, quantum fieri potest, quo tamen deficiente, ejus locum habet pars illi propinquior, quia de ea constat; incertum autem est, in qua parte post manus, tactus magis vigeat.

117. Ex his argumentis colligit Auctor, determinationem partium non esse, saltem immediate, ex institutione divina.

Verùm, meo iudicio; ex istis, & similibus argumentis, videtur satis colligi, illam determinationem partium non esse ex institutione divina, sed tantùm ex voluntate Ecclesiæ, adeoque non esse de essentia seu substantia Sacramenti; & ideo Sacramentum valere, estò non ipsæ manus, sed pars propinquior, immo etiam remotior inungatur: quàmvis ex præcepto, & per consequens ad licitum, requiratur unctio propinquioris partis, ut patet ex Rit. Rom. statim citato, & communi praxi.

Vel, si velis illas unktiones in determinatis partibus esse essentielles, dicito; illam determinationem in individuo esse relictam voluntati Ecclesiæ, sicut disp. seq. dicitur de materia Ordinis, cujus determinatio in individuo est relicta potestati Ecclesiæ. Voluit itaque Christus, ut adhererentur quinque unktiones in determinatis partibus, interim determinationem illarum partium reliquit voluntati Ecclesiæ. Porro determinavit Ecclesia oculos, aures &c. vel in defectum earum, partem propinquiorem.

118. Debent hæc unktiones fieri modo hominibus accommodato.

Debet porro hæc unctio fieri modo hominibus accommodato, videlicet non in ipsa pupilla oculi, non in lingua, non in tympano auditus, non in carunculis; in quibus residet odoratus; sed sufficit id fieri in palpebris, labiis, auribus, naribus: ut de lingua, bene advertit Scotus suprâ dicens: Organum gustus est lingua, in qua non fit, propter abominationem tollendam, unctio, sed exterius super os.

Scotus.

Gemine unktiones non sunt

Ubi etiam citè dixit: Sicut geminantur organa,

na, ita geminantur unktiones, quod tamen non est de necessitate Sacramenti. Monet autem circa hoc Rit. Rom. suprâ: Dum oculos, aures & alia corporis membra, quæ paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne altero ipsorum unguendo, Sacramenti formam prius absolvat, quàm ambo huiusmodi paria membra perunxerit.

de necessitate Sacramenti.

Sed cur hoc, si gemina unctio non est essentialis? Respondeo; quia licet non sit essentialis, quasi absque ea non valeat Sacramentum, equidem concurret ad effectum Sacramenti, dummodo præcedat absolutionem formæ, quia utraque determinatur seu significatur per ista verba: Per istam sanctam Unctionem &c.

Sicuti in Baptismo, est trina ablutio non sit essentialis, quasi sine ea non valeat Baptismus; equidem concurret ad effectum, si præcedat absolutionem formæ, aut saltem concomitetur. Et hinc in eodem Rit. Tit. de Sacramen. Baptismi præscribitur: Ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur, vel immergatur in vadium crucis uno & eodem tempore quo verba præferuntur.

Præterea præfatum Rit. Tit. de Sacram. Extreme Unct. statuit, ut manus, quæ reliquis inferius interioribus ungi debent, Presbyteris exterioribus ungantur. Existimo quia manus sacerdotales interioribus unctæ fuerunt in susceptione Ordinis sacri.

119. Manus sãd sacerdotum exterioribus debent ungi, aliorum vero interioribus.

Denique, ut nihil omittam eorum, quæ spectant ad ritum unguendi, ex consuetudine servandus est ordo inter partes, ut prius oculi ungantur, postea aures &c. sed hic ordo non est essentialis, neque tam graviter præceptus, quin in necessitate liceat eum invertere, sicut & unum tantùm organum inungere.

Superest quæstio; an singulæ unktiones causent distinctas parciales gratias, an verò effectus suspendatur, donec & usque ultima unctio, cum forma sibi correspondente, fuerit completa. Nostra & Aliorum plurimorum sententia est

CONCLUSIO V.

Singulæ unktiones cum formis sibi correspondentibus, statim atque exhibitæ, causant distinctas gratias parciales.

Videtur esse sententia Scoti suprâ n. 2. ubi sic ait: Ad secundum dico, quod est unum Sacramentum unitate integritatis, sed non unitate indivisibilitatis; sicut effectus eius non est unus indivisibiliter, quia non remissio unus venialis; sed unus unitate plenaria remissionis omnium venialium, ut omnibus remissis, nihil remaneat retardans à perceptione Beatitudinis.

120. Hæc Cord. clar. videtur esse Scoti.

Ergo secundum Scotum, Sacramentum Extreme Unctionis non est unum indivisibiliter ergo singulæ unktiones statim conferunt distinctas gratias & distinctas remissiones peccatorum

rum venialium; nam si effectus solum conferretur post omnes unctiones, jam Extrema Unctio non minus esset Sacramentum indivisibile, quam Baptismus, qui fit per trinam immersionem, & remittit plenarie omnia peccata venialia. Et tamen, secundum Omnes, Baptismus est unum Sacramentum, non tantum unitate integritatis; sed etiam unitate indivisibilitatis.

121.
Eamque docet Hiquæus, & probabilem vocat Suarez, citans Adu. & Med.

Hanc sententiam docet Hiquæus in suo Comment. ad locum Scoti mox allegatum n. 77. & probabilem vocat Suarez disp. 41. sect. 2. n. 7. citans n. 6. pro eadem Adrianum & Medinam. Probatur autem ab Hiquæo supra n. 78. quia ad singulas unctiones completur sensus substantialis formæ, & subjicitur materia. Utraque applicatur per modum signi sacramentalis infallibilis veritatis, & consistentis in usu; ad cuius proinde veritatem requiritur, ut effectus ejus detur in ultimo instanti completi sui esse, quando non supponitur obex: neque illa forma, aut unctio præmissa, dicit ordinem ad alias unctiones, aut eandem formam repetitam in significando; neque est repugnantia ex parte effectus, nempe gratiæ; ut est remissiva peccatorum venialium per se; quia non repugnat hæc dimitti seorsim & successivè, inter quæ non est connexio quantum ad remissionem, sicut inter mortalia; neque est repugnantia ex parte peccatorum mortalium, sive dicamus illa per se, aut per accidens remitti virtute hujus Sacramenti; quia tolluntur omnia per gratiam primæ unctionis directè vel indirectè ex incompatibilitate, quam habent cum effectu ejus; directè quidem illa, quæ per organum unctum committuntur; indirectè, quæ per alia organa, aut interius in ipsa mente consummantur. Non secus ac Quidam asserunt, peccata mortalia in casu remitti posse per Absolutionem, quæ cadit directè in venialia, ut si detur à simplici Sacerdote, quando alius minister nequit haberi, vel certè, quando tolluntur peccata reservata indirectè, per Absolutionem à non reservatis in casu particulari. Hactenus Hiquæus.

Probatio,

Brevitè & clariùs: singulæ unctiones habent suam materiam, formam & sufficientem significationem, quidni ergo singulis respondeat suus proportionatus effectus? Quippe Sacramenta novæ legis, & totalia, & partialia efficiunt, quæ significant.

122.
Confirmatio à simili in Eucharistia,

Pater in Sacramento Eucharistiæ; in quo singulæ species sunt distinctum parziale Sacramentum; quia habent distinctam materiam, formam & sufficientem significationem; & per consequens suum proportionatum effectum; species panis, Corpus Christi, species vini, Sanguinem Christi; & fortè distinctam conferunt gratiam suscipientibus, saltem possunt distinctam conferre.

& Ordine.

Idem cernitur in Sacramento Ordinis; nam quia in singulis Ordinibus est partialis materia, forma & significatio, ideo singuli Ordines ef-

fentialiter perficiuntur; & ita proprios habere effectus, qui sunt partiales respectu totius; sicut ipsi Ordines partialia tantum Sacramenta sunt. Ergo consimiliter in hoc Sacramento.

Et per consequens; sicut unum ponitur Sacramentum Ordinis, quod tamen in tot varios Ordines disperditur; & unum Sacramentum Eucharistiæ, quod tamen per distinctam consecrationem panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi conficitur, ac discreitè etiam in una sola specie conservatur & ministratur; quod simili ratione, unum tantum sit Sacramentum Extremæ Unctionis, estò singulæ unctiones significant distinctas partiales gratias, eaque conferant?

Respondet Aversa hic sect. 5. Sacramentum Ordinis ita se habet, quòd singuli Ordines per se valeant, & singuli statim per se conferant effectum suum, characterem & gratiam, & possint ac soleant separari, & longo intervallo temporis unus post alium conferri; possitque ordinatus sistere si velit in quolibet inferiori Ordine: sed quia habent inter se certam connexionem & gradationem; ideo per modum consecrationis nominantur sub uno Ordinis Sacramento.

Eucharistia ita se habet, quòd per se valeat consecratio unius speciei, etiam si non adjungatur altera; & statim atque consecratur una species, adventit ibi Christus, non expectatà altera; & una sola species, quæ laicis communicantibus præbetur, statim quantum est de se, illis conferat effectum suum: sed tamen quia ex precepto divini & institutione Christi, debet continenter utraque species simul consecrari, & utraque constituit unum Sacrificium; & utraque confert distinctum effectum; ideo, inquam, dicitur & est unum Sacramentum.

At Extrema Unctio ita se habet, quòd non solum ex Christi præcepto & institutione debet continenter tota perfici per omnes partes debitas; sed etiam ad valorem ejus id requiritur, ita ut si notabilis mora intercedat in unctione singularum partium, non conficiatur Sacramentum; sicut & in universum dicebamus, quando moraliter disjungitur applicatio materiæ, & prolatio formæ in aliquo Sacramento. Quæ autem mora & interruptio esset notabilis, & contra substantiam Sacramenti, prudenti judicio discernendum est. Ubi Nugens q. 33. a. 6. notat, quòd si esset distantia quartæ partis unius horæ inter unam & aliam unctionem, nullum esset Sacramentum.

Item; vel confertur effectus gratiæ virtutis hujus Sacramenti statim in prima unctione aliquæ partis, si ad substantiam Sacramenti sufficit unctio in quacumque parte, & postea in aliis unctionibus aliarum partium non conferatur alia gratia, nisi quando interim augetur & perficitur dispositio suscipientis. Vel non conferatur effectus, nisi & donec perficiantur omnes unctiones.

ctiones, nempe omnium quinque sensuum, si omnes sunt de ejus substantia & valore. Hucusque Aversa.

125. Unde ibidem docet hic Auctor cum communi sententia; hoc Sacramentum esse unum unitate indivisionis, ita scilicet, ut ejus practica significatio, sive virtus collativa sui effectus, non intelligatur nisi tota simul, quando perficitur ultima unctio, & tunc indivisim conferat totum suum effectum, loquendo de gratia sanctificante; sicuti in Baptismo, dum confertur per trinam mersionem, non confertur effectus ejus, nisi in tertia mersione, absque divisione & partitione in prima & secunda. Proinde sicut magis expedit dicere, primam mersionem esse partem Sacramenti, quam esse Sacramentum, ita praestabit dicere, primam unctionem esse partem Sacramenti, quam Sacramentum.

Ex quo concludit praedictus Auctor, quod si moreretur infirmus, antequam perficeretur dictae quinque unctiones, vel si deficeret minister, revera ille non suscepisset Sacramentum, nullumque ejus recepisset effectum. Nec, inquit, intentione ministri aliter fieri potest; quia etsi minister intenderet perficere Sacramentum in prima aut alia intermedia unctione, non per hoc perficeret, usque dum omnes completeret. Ideoque si inter ungendum dubitet minister, si forte infirmus obierit, debet sub conditione prosegui unctiones, quae deerant, ut notatur in Rit. Rom. ad hoc nempe, ut forte perficiat Sacramentum.

126. Nec ullum inconveniens est, quod in prima unctione profertur jam tota forma, spectans ad illum sensum, nec tamen tunc statim fortiatu suum effectum. Nam ad hoc juvat, modum formae esse deprecativum; quia sic non significat, nec ad sui veritatem requirit praesentaneum effectum. Sed potius, quia non nominat nisi unum sensum, consequenter expectat donec nominentur alii, ad hoc ut simul & indivisim omnia verba simul conferant totum effectum adversus omnia peccata. Quae tamen omnia accipienda adhuc sunt, absque praedictis probabilitatis aliarum sententiarum, juxta praedicta circa substantiam hujus Sacramenti. Hucusque Aversa. Quae latius retuli, quia optimè explicant communem sententiam.

Ejus fundamentum assignat Suarez disp. 41. sect. 2. n. 7. Quia nihil asserendum est in his gravissimis rebus, quae ex institutione pendent, praeter communem legem Sacramentorum, nisi ubi sufficienti fundamento ex Ecclesiae Traditione, aut principiis ab ea traditis confiterit. Communis autem lex Sacramentorum, quae consistunt in usu, est; ut unicam gratiam conferant in eo puncto & momento, quo Sacramentum completur: ergo hoc idem sentiendum est de Extrema Unctione, cum nulla ratio satis aliud persuadeat, nec auctoritate fundari possit. Nam est valde singulare & extraordinarium, quod Ex-

trema Unctio priusquam essentialiter consummata sit, gratiam tribuat, & quod conferat quinque gratiam sanctificantem, & prius tollat unum peccatum, quam aliud, vel conferat auxilium ad vincendas reliquias peccatorum quorundam, & non omnium: non sunt ergo haec tam facile credenda & asserenda. Ita Suarez.

127. Respondeo; nos haec non tam facile credimus & asserimus, sed propter rationem, supra ex Hi quae allegatam, quae non habet locum in aliis Sacramentis, praeter Eucharistiam & Ordinem. Etsi enim Baptismus trinà mersione conferatur, tamen sub unica forma, quae si absolvetur cum prima mersione, duae sequentes nullum omnino haberent effectum sacramentalem, sed essent purae ceremoniae, ut suo loco ostendimus: ita quod in potestate ministri sit validè conferre Sacramentum Baptismi cum unica mersione; jam autem secundum Adversarios non est in potestate ministri conferre Sacramentum Extremae Unctionis cum unica unctione, sed essentialiter requiruntur quinque: ergo male comparant quinque unctiones in hoc Sacramento, cum tribus mersionibus in Sacramento Baptismi.

Melius porro nos comparamus cum diversis consecrationibus, panis videlicet & vini, & diversis Ordinationibus; nam sicut illae consecrationes sunt sacramenta essentialiter distincta, quia constant distincta materia & forma, & consimiliter haec Ordinationes; ita etiam quinque unctiones in hoc Sacramento erunt sacramenta essentialiter distincta, quia constant distincta materia & forma: quidni ergo habeant distinctos effectus, sicuti habent Consecrationes & Ordinationes?

An forte, quia forma Unctionis est deprecativa, forma autem Consecrationis indicativa, & Ordinationis imperativa? Sed nunquid etiam forma ultimae Unctionis est deprecativa? Et tamen ad veritatem ejus requiritur, ut statim conferatur effectus. Omitto; quod etiam in hoc Sacramento valeat forma indicativa, ut dicam Sect. seq.

Itaque formam esse deprecativam, indicativam aut imperativam, nihil facit ad ejus veritatem, quam habet ex institutione Christi; ista enim fundatur in assensu Dei, quae ponit effectum formae infallibiliter, completo sensu formae: completur autem sensus formae, quando haec, supposita unctione debita, profertur sacramentaliter, ut fit in proposito. Veluti etiam fit in Baptismo, quando, supposita debita ablutione, profertur forma sive indicativa, sive imperativa, sive deprecativa, ut patet ex dictis proprio loco.

Argumentum hoc haberet aliquem locum, si praeter illas quinque formas deprecativas, daretur alia forma indicativa completiva hujus Sacramenti; quia tunc dici posset, significationem sacramentalem primò fundari in illa forma; sed talis non datur, ut patet. Neque forma illa depre-

125. Hucusque Aversa. Unde ibidem docet hic Auctor cum communi sententia; hoc Sacramentum esse unum unitate indivisionis, ita scilicet, ut ejus practica significatio, sive virtus collativa sui effectus, non intelligatur nisi tota simul, quando perficitur ultima unctio, & tunc indivisim conferat totum suum effectum, loquendo de gratia sanctificante; sicuti in Baptismo, dum confertur per trinam mersionem, non confertur effectus ejus, nisi in tertia mersione, absque divisione & partitione in prima & secunda. Proinde sicut magis expedit dicere, primam mersionem esse partem Sacramenti, quam esse Sacramentum, ita praestabit dicere, primam unctionem esse partem Sacramenti, quam Sacramentum.

126. Nec ullum inconveniens est, quod in prima unctione profertur jam tota forma, spectans ad illum sensum, nec tamen tunc statim fortiatu suum effectum. Nam ad hoc juvat, modum formae esse deprecativum; quia sic non significat, nec ad sui veritatem requirit praesentaneum effectum. Sed potius, quia non nominat nisi unum sensum, consequenter expectat donec nominentur alii, ad hoc ut simul & indivisim omnia verba simul conferant totum effectum adversus omnia peccata. Quae tamen omnia accipienda adhuc sunt, absque praedictis probabilitatis aliarum sententiarum, juxta praedicta circa substantiam hujus Sacramenti. Hucusque Aversa. Quae latius retuli, quia optimè explicant communem sententiam.

Ejus fundamentum assignat Suarez disp. 41. sect. 2. n. 7. Quia nihil asserendum est in his gravissimis rebus, quae ex institutione pendent, praeter communem legem Sacramentorum, nisi ubi sufficienti fundamento ex Ecclesiae Traditione, aut principiis ab ea traditis confiterit. Communis autem lex Sacramentorum, quae consistunt in usu, est; ut unicam gratiam conferant in eo puncto & momento, quo Sacramentum completur: ergo hoc idem sentiendum est de Extrema Unctione, cum nulla ratio satis aliud persuadeat, nec auctoritate fundari possit. Nam est valde singulare & extraordinarium, quod Ex-

127. Respondeo; nos haec non tam facile credimus & asserimus, sed propter rationem, supra ex Hi quae allegatam, quae non habet locum in aliis Sacramentis, praeter Eucharistiam & Ordinem. Etsi enim Baptismus trinà mersione conferatur, tamen sub unica forma, quae si absolvetur cum prima mersione, duae sequentes nullum omnino haberent effectum sacramentalem, sed essent purae ceremoniae, ut suo loco ostendimus: ita quod in potestate ministri sit validè conferre Sacramentum Baptismi cum unica mersione; jam autem secundum Adversarios non est in potestate ministri conferre Sacramentum Extremae Unctionis cum unica unctione, sed essentialiter requiruntur quinque: ergo male comparant quinque unctiones in hoc Sacramento, cum tribus mersionibus in Sacramento Baptismi.

Comparatio hujus Sacramenti cum Eucharistia & Ordine.

128. In quo fundatur veritas formae sacramentalis.

deprecativæ component aliquid per modum unius orationis completæ, cum singulæ habeant perfectam & distinctam significationem, scilicet remissionem peccatorum commissorum per hunc vel illum sensum.

129. Valet hic
arg. ab Eu-
char ad Ext.
Unctionem.

Fateor; omnes simul significant plenam & perfectam remissionem peccatorum, & ad illam significantam & causandam hoc Sacramentum institutum fuit, sed quid tum? Nunquid etiam Eucharistia instituta fuit ad significantum plenum & perfectum convivium? Et tamen singulæ species sunt essentialiter Sacramentum, & nemo negat hanc formam: *Hoc est Corpus meum*, habere diversam significationem & effectum ab illa: *Hic est Sanguis meus*. Immo probabile est, utramque speciem conferre majorem gratiam, quàm singulæ seorsim.

Item ab
Ordine.

Et verò diversi Ordines nonne instituti sunt tamquam gradus quidam, per quos tenditur ad Sacerdotium? Et tamen singuli sunt Sacramentum essentialiter, & conferunt distinctam gratiam sacramentalem. Ergo tametsi quinque unctioniones in hoc Sacramento institutæ sint tamquam gradus quidam, per quos tenditur ad perfectam & plenam remissionem omnium peccatorum; hoc tamen non obstat, quin singulæ unctioniones possint esse essentialiter Sacramentum, & conferre distinctam gratiam sanctificantem, & remissionem aliquorum peccatorum venialium, cum, sicut dictum est, remissio venialium sit divisibilis.

130. An idem
peccatum
veniale
committatur
per plu-
res sensus?
Negat Hi-
guerus.

Nec dixeris; idem veniale aliquando committitur per plures sensus: ergo nequit remitti nisi per unctionem omnium sensuum.

Hæc, inquam, argumentatio non valet; nam in primis negari potest Antecedens, & negatur ab Hiquæo supra n. 90. quia, inquit, non est idem veniale, sed diversa; tot enim sunt appetitus interiores sensitivi, quot sunt sensus; & consequenter tot sunt etiam delectationes inordinatæ in voluntate, quot sunt in appetitu. Licet namque idem sit objectum, secundum diversas tamen rationes delectabilis, secundum inclinationem particularem hujus vel illius sensus, movet appetitum correspondentem, ex qua motione sequitur diversa delectatio in voluntate, sicut etiam in appetitu; diversus etiam consensus, ut applicat hunc vel illum sensum ad perceptionem objecti, ob delectationem consequentem ex tali perceptione, & diversam. Non erit ergo idem peccatum veniale, sed diversa numero, etiam per diversos actus voluntatis, applicantis diversè sensus ad idem objectum, sub diversis rationibus delectabile; quod si objectum afficiat tantum unum sensum; ita ut voluntas utatur aliis potentis in ordine ad illam delectationem, tunc peccatum erit unicum, & deletur per unctionem illius sensus, in quo principaliter committitur. Hæc ille.

131.

Atque ut idem peccatum veniale aliquando committeretur per plures sensus, quid tum? So-

lùm indè sequitur, quod remitti deberet per unctionem plurium sensuum; hoc autem nullum est inconveniens, sicuti nullum est inconveniens, quod peccatum veniale commissum per unum sensum, remitti debeat per unctionem unius sensus. Igitur possibilitas ostensa est. Quid autem factum fuerit, optimè novit, qui fecit.

Profectò talis institutio magis, ut videtur, congruit fini & ritui hujus Sacramenti; ritui quidem, quoniam in hoc Sacramento multiplicatur materia & forma; fini autem, quippe tunc, si ante ultimam unctionem infirmus moreretur (quod sæpius contingere potest) equidem haberet gratiam; & per consequens remissionem omnium peccatorum mortalium, & aliquorum venialium. Præterea minister sine peccato poterit absolute ministrare hoc Sacramentum, estò probabiliter judicet infirmum moriturum ante ultimam unctionem, quod aliàs fieri non posset, nisi sub conditione.

Sed ad ultimum responderi posset; parum referre, quod conferatur sub conditione, dummodo reverà valeat, si infirmus non moritur ante ultimam unctionem.

Ad primum respondetur; in necessitate illam esse unctionem ultimam completivam Sacramenti, & collatiyam gratiæ, quæ à parte rei, & ex intentione ministri est talis. Quod probatur exemplo Confessionis; quia licet per se loquendo materia essentialis Sacramenti Pœnitentiæ sit omnium peccatorum Confessio, in necessitate tamen sufficit Confessio unius peccati, & hæc Confessio dicitur tunc formaliter integra; ergo in hoc etiam Sacramento dici potest, per se loquendo integram esse essentialem materiam esse quinque unctioniones, tamen in necessitate unam vel duas materiam formaliter integram & sufficientem; ergo si alioquin minister intendat in illis effectum Sacramentum, reverà perficit, & confert effectum. Atque hæc sententia, inquit Suarez disp. 4. l. 1. c. 1. n. 3. Aliquibus non displicet; quia est pia & favorabilis, & non videtur habere aliquod incommo-

modum. Sed si illa pia & favorabilis, non minis pia & favorabilis nostra sententia; & minis videtur habere incommodi, & à pluribus docetur. Est potius amplectenda, vel certè dicendum cum Ab-
verfariis, nullum esse inconveniens, quod tali casu infirmus non possit suscipere hoc Sacramentum defectu materiæ proximæ, prout in pluribus aliis casibus potest contingere, vel defectu ministri, vel defectu materiæ remotæ.

Quantum ad exemplum Confessionis, ait Suarez supra n. 5. in primis in hoc deficit, quod licet ex parte materiæ videatur deesse in Confessione materialis integritas, tamen forma integra profectò ferri debet, & in ea est principalis significatio virtus Sacramenti; hic autem sicuti deficit pars materiæ, ita & pars formæ; in nullo autem Sacramento dabitur exemplum, in quo forma inchoata in necessitate sufficiat, quæ per se sufficiens non effect.

Deficit 21

Deinde est longè diversa ratio; quia ibi materia est actus pœnitentis, cujus integritas & perfectio maximè pendet ex ejus potestate & voluntate; idèdque meriti illa existimata est Confessio integra, in qua pœnitens facit quod potest: hic autem materia est actus ministri, qui ex sola Christi institutione solet habere determinationem, independentèr à potestate vel capacitate alterius, ut in cæteris Sacramentis, habentibus similem materiam, constat.

134. Deficit tertio.

Tertiò (quod caput est) ibi habemus Ecclesiasticam Traditionem, & Declarationem; hic verò nihil horum habemus.

Deficit quarto.

Tandem, illud Sacramentum est maximè necessarium, & ideo oportuit necessitatibus hominum illo modo subvenire; hoc autem utilitatis est potiùs, quàm necessitatis, & ideo etiam ratio pietatis hic cessat. Quia non interveniente necessitate ex parte hominis, magis expedit essentialè materiam Sacramenti esse omnino definitam in re ipsa, & non variari propter varios eventus & pericula humanæ vitæ, alioquin multa alia absurda sequi facillè possent. Ita Suarez.

135. Deficit.

Sed contrà facit; quòd hic eventus non sit tam rarus, èd quòd non soleant homines inungi nisi in extremis, & sæpiùs contingat infirmum morti proximiorè esse, quàm medicus vel alii existimant. Deinde, fieri potest, ut hoc Sacramentum sit omnino necessarium ad salutem, v. g. si infirmus est solùm attritus, & nequit aliter confiteri, quàm per vitam Christianè actam; quàmvis enim tunc possit & debeat absolvi, tamen adhuc incertum est, an absolutio valeat; & magis certum, quòd per Extremam Unctionem possit salvari.

136. Deficit.

Utrumque ergo sit de hac sententià, quæ docet, quinque unctiones esse essentialè necessitate, unam tamen valere in necessitate, si minister voluerit; persisto ego in Conclusione, & dico cum Villalobos tom. 1. tract. 10. diff. 1. n. 4. singulas unctiones, etiam extra necessitate, esse Sacramentum essentialiter perfectum, sed integraliter imperfectum, adèdque hoc Sacramentum esse unum unitate integritatis, sed non unitate indivisibilitatis, exemplo Eucharistiæ, non quòd sit eadem planè ratio, sed quia similis.

In quo consistit similitudo inter Eucharistiæ & hoc Sacramentum.

Hæc autem similitudo in eo consistit; quòd sicuti consecratio utriusque speciei debet ex præcepto & institutione divina moraliter eodem tempore fieri, tametsi singulæ habeant distinctum effectum; ita etiam quinque unctiones debeant ex præcepto ac institutione divina moraliter simul fieri, tametsi conferant distinctas gratias.

Deinde; veluti consecratio utriusque speciei instituta est, ad significandum integrum & perfectum convivium; sic itidem quinque unctiones institutæ sunt, ad significandam integram & perfectam remissionem peccatorum.

Denique; ceu Eucharistia integraliter perficitur duplici materiâ & formâ; ita quoque Extrema Unctio integraliter perficitur quintuplici quodammodo materiâ & formâ.

137. Obiectio.

Si inferas: ergo sicuti valet consecratio secundæ speciei, tametsi fieret unâ, vel duabus horis post consecrationem primæ speciei; pari quoque ratione valebit secunda unctio, estò fieret unâ vel duabus horis post primam.

Responderi posset I. Conc. totum; neque ideo talis infirmus lapsus susciperet hoc Sacramentum, scilicet integraliter completum, per quod reciperet remissionem omnium peccatorum, ut nemo non vider. Sed quia hoc est contra communem præxiùm, & hæcenus à nullo, quòd sciam, assertum, hinc

Solvitur.

Respondeo II. Neg. Conseq. potest namque ex institutione divina requiri major connexio inter illas unctiones, non solùm ad licitum, sed etiam ad validum Sacramentum; veluti in uno Sacramento requiritur major connexio inter materiam & formam, quàm in alio Sacramento, ut patet ex dictis proprio loco. Et ratio aliqua disparitatis est; quòd aliàs talis infirmus, qui sic interpolatim ungeretur, moraliter loquendo censeri posset sæpiùs accipere hoc Sacramentum in eadem infirmitate; hoc autem non solùm est illicitum, sed etiam invalidum; ut dicitur Sect. 3. quod non habet locum in consecratione utriusque speciei; & ideo dixi, non esse omnimodam paritatem inter hæc Sacramenta, sed solùm aliquam similitudinem. Igitur Extrema Unctio hæc solâ ratione est unum Sacramentum; quia singulæ ejus partes integrant unum totale Sacramentum complete remissionis venialium, disponens hominem ad exitum.

Secunda solutio.

138. Replia.

Si inferas: ergo unctiones in lumbis & pedibus, quæ non ubique adhibentur, ut diximus Concl. præc. erunt etiam Sacramentales, & per consequens conferent distinctum gradum gratiæ sanctificantis, & distinctam remissionem peccatorum venialium.

Solvitur.

Respondeo Conc. totum; dummodo non omnia peccata venialia per priores unctiones fuerint remissa, quòd fieri potest, si primo loco adhibeantur; neque enim ordo partium seu unctionum, qui regulariter observatur, est essentialis, ut communiter docetur. Sin autem omnia sint remissa, quid mirum si per illas unctiones nulla remittantur, interim adhuc poterunt causare distinctas gratias sanctificantes. Ex hoc autem, quòd non ubique adhibeantur, solùm sequitur, quòd non sit materia libera, id est, Christum instruisse seu voluisse, ut quàmvis ex rationabili causa possent omitti, si tamen adhiberentur, forent efficaces, sicut cæteræ.

139. Instructio.

Sed contrà: in aliis Sacramentis non ita fit. Respondeo; in Eucharistia & Ordine sic fieri; immo etiam quodammodo in Pœnitentiâ, cuius Extrema Unctio est consummativa. Nam

139. Instructio.

139. Instructio.

H h h Con-

Confessio peccati venialis est materia libera, id est, potest omitti, si tamen adhibeatur, tam efficax est in suo genere, quam Confessio mortalium. In aliis Sacramentis disparitas est; quod forma non habeat perfectum & completum sensum, nisi cum applicatione perfectæ & completæ materiæ; hic verò plures quodammodo

materiæ & formæ applicantur, uti in Eucharistia & Ordine.

Et hæc tenus quidem de prima parte hujus Sacramenti, nimirum de materia remota & proxima. Sequitur pars altera & principalior, scilicet Forma, quam explico Sectione sequenti; uti etiam Effectum.

SECTIO SECVNDA

De Forma & Effectu Extremae Unctionis.

1.
Forma hujus
Sacramenti ex
Concil.
Flor. & Tri-
dent.

Allubescit hanc Sectionem incipere à verbis Concil. Florent. in Decreto Eugenii: *Forma huius Sacramenti (Extremae Unctionis) est hæc: Per istam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum &c. deliquisti. Et similiter in aliis membris. Itemque Concil. Trident. sess. 14. de hoc Sacrament. cap. 1. in fine: Formam deinde esse illa verba: Per istam unctionem &c.*

Item ex
Rit. Rom.

Ex quibus utique Concilii Rit. Rom. Tit. de Sacram. Extre. Unct. sic statuit: *Huius Sacramenti forma, quæ sancta Romana Ecclesia utitur, sollemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum ait: Per istam sanctam unctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum, sive per auditum &c. deliquisti. Itaque quod valeat & liceat hæc forma, nefas sit dubitare. Atque hinc erit*

CONCLUSIO I.

Forma ordinaria Extremae Unctionis est deprecativa. Prolata indicativè, quidni valeat?

2.
Probat
Concil.

Prima pars patet ex forma Ecclesiæ latine jam assignata. Item ex forma Græcorum sequentis tenoris: *Pater sancte animarum & corporum Medice, qui Filium tuum Unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum omnem morbum curantem & ex morte nos liberantem misisti, sana quoque servum tuum N. à detinente illum corporis infirmitate, & vivifica illum per Christi tui gratiam.*

Quare potius
forma
hujus Sa-
cramenti sit
explicitè
deprecato-
ria, quam

Cur autem potius forma hujus Sacramenti sit explicitè deprecatoria, quam formæ aliorum Sacramentorum, ratio à priori, est voluntas instituentis, quæ colligitur ex Iacobo Apostolo Epistol. suæ cap. 5. v. 14. & 15. *Orem*

super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum. Congruentius quoque suscipiens sit quasi extremè indigens, à propriis viribus destitutus; qui jam incipit exire à foro Ecclesiæ, & ideo orationibus Sacerdotum adjuvatur, & Domino commendatur.

Et propterea etiam (inquit Hesselius in hoc Catechismo lib. 5. cap. 64.) plures sunt unctiones, & eadem preces sæpius repetuntur, cum nihil melius sit, quam multis orationibus, Deo, misericordiā indigentem infirmum, propriis jam viribus destitutum, & de foro Ecclesiæ exeuntem, commendare. Quare jam ab antiquo moris est, ut dum quis inungitur, omnium Sanctorum intercessio, Litaniarum recitatio imploretur. Hinc & amici & vicini ægrotantis adhibentur, ut plurimum compuncti in unum oratio sit efficacior. Solet etiam ægrotus inunctus aut inungendus populi precibus pro suggestu commendari: quin & Laurentius (nescio si alibi) per campanæ pulsam indicatur populo, quando quis, maxime celebris, Sacramentum Unctionis accepit. Hæc illo.

Aliam rationem congruentiæ assignat Doctor Angelicus in Suppl. q. 29. a. 8. in corpore: *Quia hoc Sacramentum non habet aliquam effectum, qui semper ex oratione ministri consequatur, omnibus, quæ sunt de essentia Sacramenti etiam præperactis, sicut character in Baptismo & Confirmatione, & Transsubstantiatio in Eucharistia, & remissio peccati in Pœnitentiâ existente Contritione, quæ est de essentia Sacramenti Pœnitentiæ, non autem de essentia huius Sacramenti. Sed de hac contritione versia infra latius.*

Impræsentiarum subscribo verba Scoti, quibus explicat formam hujus Sacramenti: *Quæ sequuntur: Verba debita & simul cum intentione debita profertente, pertinent ad formam huius Sacramenti, & similitatem eius cum materia & intentione ministri. Similiter & intentio expressa sicut supra in materia de Baptismo. Forma autem hæc duplex ad 7. unctiones principales est. Per istam unctionem*

Etiam unctionem & suam piissimam misericordiam, parcat tibi Dominus quidquid narum, lingua, tactus vel cuiusmodi, vitio deliquisti. Ita Doct. Subt. 4. dist. 23. q. unica n. 6.

Objicis: S. Iacobus non requirit nisi orationem; hæc autem esse potest sine præfatis aut similibus verbis. Respondeo; Ecclesiam, cuius est (teste Trident. sess. 4. in Decreto de editione & usu sacrorum librorum) iudicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum sanctarum, per orationem apud S. Iacob. intellexisse orationem vocalem seu verbalem propriè dictam, ut patet ex Florent. & Trident. ac universali praxi tam Latinorum, quam Græcorum.

Nec obstat; quod oratio mentalis sit perfectior, quia, ut bene advertit Doctor Seraphicus D. Bonavent. 4. dist. 23. a. 1. q. 4. n. 30. In Sacramentis, quæ sunt signa exteriora, non tantum consideratur, quod est interius, sed etiam signum exterius, ratione cuius habet rationem Sacramenti.

Et siquidem Ecclesia semper, & ubique fuisse usa verbis deprecatoriis, non esset qui dubitaret de eorum necessitate non solum præcepti, quæ ab omnibus agnoscitur hoc tempore; sed etiam Sacramenti, quæ ab aliquibus negatur, eò quod in aliquibus Ecclesiis aliquando usi fuerint Sacerdotes verbis indicativis: nam Rituale Venetum per Leonem X. approbatum, ut communiter refertur, hanc formam præscribit: *Vngo te oleo sancto, ut hæc unctione protectus, fortiter stare valeas adversus aëreas catervas, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Amen.*

In Ecclesia Ambrosiana similem habent formam, ut refert Doctor Seraphicus supra n. 23. dicens: *In Ecclesia Gregoriana est hæc forma: Per istam sanctam unctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid oculorum vitio deliquisti. In Ambrosiana est hæc: Vngo te oleo sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut more militis uncti, præparatus ad certamen, aëreas potes superare potestates, vel similitis huic. Potrò usum huius formæ fuisse Mediolani, testantur præterea Richardus, Paludanus & Gabriel. Non est autem verisimile Ecclesiam illam non habuisse validum usum huius Sacramenti.*

Præterea; antiquus Codex Halitgarii, ut refert Serrarius, hanc formam habet: *Vngo te oleo sanctificato, ut more militum, & præparatus ad luttamen, aëreas potes superare catervas &c.*

Nihilominus, inquit Atriaga disp. 53. n. 24. certa sententia est, formam debere esse deprecativam; quia id videtur sanctus Iacobus insinuare per verbum: *Oratio fidei, & orant super eum.*

Hinc ad objectionem, ex ea consuetudine Veneta & Mediolanensis desumptam, respondet præfatus Auctor n. 25. Primò; unam vel alteram Ecclesiam privatam, errare posse in suis ritibus, indeque nihil inferri contra veritatem

Catholicam. Secundò; non constare, utrum tunc fuere additæ aliæ preces, quæ propriè fuerint formæ eius Sacramenti. Hæc ille.

Sed prima responsio non placet: non enim debemus Ecclesiis privatis tribuere errorem aliquem in ritibus, seu formis essentialibus Sacramentorum, sine urgentissima ratione; maxime cum Ecclesia Mediolanensis sanctissimum habuerit Præfulem Sanctum Ambrosium, quem ignorasse formam essentialiorem huius Sacramenti, non est verisimile.

Secunda responsio est desumpta ex D. Thoma in Suppl. q. 29. a. 8. *Ad tertium dicendum, quòd verba illa indicativi modis, quæ secundum morem quorundam præmittuntur orationi, non sunt forma huius Sacramenti; sed sunt dispositio ad formam, in quantum intentio ministris determinatur ad actum illum per illa verba.*

Similis videtur responsio D. Bonavent. supra n. 24. *Dicendum, inquit, quòd aliqui voluerunt dicere, quòd istud Sacramentum non habebat formam verbi essentialiorem, sed quæ solum erat de bene esse; & ideo non fuit expressa, nec in Ecclesia invenitur unica, sed diversa. Sed tamen istud non est securum dicere, nec secundum textum Scripturæ, cum in istius Sacramenti institutione maximam vim videatur Iac. in oratione constituere, & sibi totam efficaciam attribuire, cum dicit: Oratio fidei salvabit. Non dicit, Unctio.*

Oratio autem fidei dicitur, non ipsius inungentis sed ipsius Ecclesia, in cuius fide administrantur Sacramenta. Sicut ergo in aliis Sacramentis non sufficit corde credere, nisi fiat professio in verbo exteriori, sic intelligendum est hoc, quòd non sufficit oratio mentalis sine vocali, & ideo forma verbi est de integritate Sacramenti; forma, inquam, verbi secundum quòd est expressiva orationis fidei, & hoc propter talem institutionem istius Sacramenti.

Vnde nota; quòd est forma verbi, quæ exprimit actum & intentionem, & talis est per modum indicativum, & non est de Sacramenti necessitate, sed congruitate; & hæc in aliquibus Ecclesiis habetur, sed non in Romana, quæ maxime vitat ea, quæ possunt esse occasio deviandi. Et est forma, quæ exprimit orationem, & quoniam oratio est per modum deprecativum, talis forma est deprecativa, & hæc est de necessitate Sacramenti huius, & habetur in omnibus Ecclesiis, quoniam hæc tangitur in institutione huius Sacramenti: & quoniam non exprimit verbum determinatum, sed solum oratio fidei; ideo non oportet, quòd sit uniformitas in verbo orationis, sed solum quòd sit in sensu. Hucusque Doctor Seraphicus.

Igitur, secundum ipsum, præter formam indicativam erat in Ecclesia Ambrosiana alia forma deprecativa, necessaria necessitate Sacramenti. Et ideo fortè in Concil. Flor. & Trid. non fuerunt correctæ formæ illæ indicative, quia solum erant ceremoniales. Atque hæc ratione communis sententia, quæ negat formam indicativè prolatam valere, faciliè defendi potest.

7. Prima responsio rejicitur.

8. Secunda responsio est D. Thomæ.

Et D. Bonavent.

101.

9. Ratio, quæ defenditur communis sententia, quæ requirit ad essentialiorem formam deprecativam.

4. Objectio solvitur.

Occurrit Replicæ.

5. An forma deprecatoria sit necessitatis necessitate Sacramenti.

Rit. Venet.

Doct. Seraph.

Richardus, Paludanus, Gabriel, Serrarius.

6. Atriaga excellentiam sententiam affirmativam esse certam.

Duplex responsio ad contrariam consuetudinem aliquarum Ecclesiarum.

Interim non desunt, qui sustineant, eam valere; tum, propter formam Veneram, & Ambrosianam jam allegatam; tum, quia sicut Ecclesia ex his verbis: *Baptizantes eos*, colligit hanc formam: *Ego te baptizo* &c. ita etiam ex illis: *Vngentes eum*, posset colligi hæc forma: *Ego te ungo* &c. Denique, quia sacramentalis forma, etiam per modum indicativum profertur, solet à SS. Patribus vocari oratio; quo pacto Leo Papa, & Alii multi, Absolutionem sacramentalem vocant orationem Sacerdotis: ergo quàmvis in hoc Sacramento profertur forma per modum indicativi, quidni equidem sufficiens foret ad salvandum istud Iacobi: *Orem super eum*?

Molti nihilominus sustinent valere formam indicativam, propter diversas rationes.

D. Bonac.

Et verò, ut Alios taceam, D. Bonavent. sup. n. 26. comparat formam hujus Sacramenti formæ Pœnitentiæ dicens: *Quoniam hic fit remissio peccati interveniente ministerio Sacerdotis, & quoniam in remissione culpe, Sacerdos non se habet nisi per modum deprecantis; unde & in absolutione sua utitur oratione deprecativa, hinc est, quòd optimè institutum fuit, unctiōnem non fieri sine oratione, cuius expressio est forma Sacramenti.* Si ergo hæc forma: *Ego te absolvo*, est oratio deprecativa, sufficiens ad remissionem peccati, quidni & illa: *Ego te ungo* &c.?

10. Resp. ad rationem communis sententiæ.

Hinc ad argumentum seu rationem communis sententiæ; putà: Duæ formæ non possunt esse pro uno Sacramento, nisi sint æquivalentes, saltem in sensu; si ergo forma deprecativa sufficiens est, indicativa sola non sufficit, quia non habet æquivalentem sensum. Ad hoc, inquam, argumentum responderi potest; est hæc formæ grammaticaliter non æquivalentes, equidem æquivalere sacramentaliter; nam utraq; exprimit efficaciam Sacramenti, materiam ejus, & effectum: cur ergo utraq; non valeat?

Sanè Disp. 2. Conclus. 1. latius probavimus, formam deprecativam Baptismi probabiliter valere, estò forma ordinaria Ecclesiæ Romanæ sit indicativa. Cur ergo non possit in hoc Sacramento valere forma indicativa, estò forma ordinaria Ecclesiæ Romanæ sit deprecativa? Non video disparitatem quantum ad æquivalentiam. Si enim in Baptismo æquivalent illæ formæ quoad sensum, saltem sacramentalem, nulla est ratio, quare etiam in hoc Sacramento non possint æquivalere.

11. Resp. ad congruentiam supra allegatam pro communi sententiæ.

Nec obstat congruentia supra adducta; quippe hoc Sacramentum (uti & alia omnia) operatur gratiam sanctificantem in virtute meritum Christi, & non Ecclesiæ aut Sacerdotum; orationes etiam Ecclesiæ seu Sacerdotum satis applicantur in benedictione materiæ Sacramenti, & in formulis precum, quæ ante & post Sacramentum adjuvantur, item in commendationibus animæ.

Quàmvis ergo forma deprecativa sit optima, indubitati utique valoris, & maxime congrua, immo necessaria, necessitate saltem præ-

cepti, seclusâ contrariâ consuetudine; non debemus tamen propterea alii Ecclesiis præiudicare; donec certior aliqua declaratio de hac re prodeat, cum ex approbatione Leonis X. suppetat argumentum, ut vidimus, pro valore formæ indicativæ; præsertim cum soleat materia applicari, quando profertur verba essentialia; jam autem quando profertur verba indicativi modi, ungitur infirmus; ergo hæc sunt verba essentialia, & non alie orationes, quæ fortè, ut vult D. Thom. supra, adjuvantur, peractâ jam unctiōne.

Propter hæc multis Theologis visum est, non esse de essentia hujus formæ, ut per modum deprecationis profertur. Ita sentit Alberus in 4. dist. 23. a. 4. Richardus a. 1. q. 4. ad 2. Petrus lud. q. 1. a. 2. & Durandus q. 3. Hanc sententiam probabiliter putat Tannerus disp. 7. q. 1. in eamque inclinât Becanus de Sacram. c. 27. & Hiquæus in suo Comment. 4. dist. 23. n. 40. & seqq. Suarius disp. 40. sect. 3. n. 7. & Filicucius to. 1. tract. 3. c. 4. n. 80. oppositum tantum appellat probabilior.

Certum est, quòd mortaliter peccaret, qui in Ecclesia Romana uteretur formâ indicativâ, nisi excusaretur contrariâ consuetudine; quæ est variatio notabilis ritus, cum periculo aliquo invaliditatis Sacramenti.

Prout etiam graviter peccaret, qui uteretur hæc formâ: *Vngo te, ut Deus tibi indulgeat quod deliquisti* &c. Ubi modus indicativus coniungitur cum deprecativo. Licet enim Suarez supra n. 8. conjunctionem hanc valere existimat, est tamen, ut patet, contra usum Ecclesiæ Romanæ, & Alii putant eam esse invalidam; non modus iste loquendi (inquit Bonacina de hoc Sacramento q. unicâ punct. 3. n. 3.) non videtur continere formam deprecativam verè Deum, ut bene advertit Nugus 3. part. q. 3. a. 8. Enimvero variatur principalis copulæ ratio propositionis; unde hic modus esse potest, qui apud Grammaticos dicitur subiunctivus quàm propriè deprecativus.

Eiusdem sententiæ est Gaspar Hortadus de Extrem. Vnct. diff. 7. quia, inquit, *Tò p̄ Deo*, non tam significat actualem orationem, quàm finem, ad quem Sacerdos ordinat Unctiōnem; quæ ratio; inquit Arriaga disp. 53. n. 24. etiam mihi placeat.

Et sanè si ob illam particulam, *Vt Deus tibi remittat* &c. debet censeri in ea forma contineri deprecatio, etiam idipsum debuisset Suarez admittere in forma illa Mediolanensi; nam *Tò p̄ Deo* *Vt possis superare* &c. etiam videtur denotare petitionem à Deo, ut assistat ei homini. Quidam autem de consequentia utriusque doctrine sit, clarum est ibi non intervenire orationem. Hæc ille.

At verò Averla supra, adherens sententiæ Suarii: Verè, inquit, in sensu & significacione videtur æquivalenter se habere uterque modus loquendi.

& respon- loquendi: Per hanc unctiōem Deus tibi indulgeat: det ad re- Vngo te, ut Deus tibi indulgeat. Nec variatio, quæ rones in contrarium dicebatur copulæ, immutat sensum totius propo- sitionis; sed humano morè in similibus rebus idem redditur sensus.

Nec in significato differt modus, qui dicitur subjunctivus, à modo deprecativo: quin im- mo pãsim per hunc modum solemus petere & rogare: Peto, rogo ut hoc facias, ut hoc des.

Nec tandem refert; quòd non dirigitur ser- mo ad ipsum Deum: nam etiam in priori & consueto modo non loquitur Sacerdos ad Deum, sed ad infirmum, dicendo: Indulgeat tibi Dominus. Quare variatio solum fit de no- mine unctiōis, in verbum ungenti, per quod non variatur modus deprecationis in verbo in- dulgendi.

Unde si quis diceret: Vngo te, ut per hanc un- ctionem indulgeat tibi Dominus, sine dubio confi- ceret Sacramentum, quia diceret idem, & eo- dem modo, quod nunc dicitur. Sed certè non apparet necessarium repetere, Per hanc unctiōem post dictum: Vngo te, & adhuc remanet idem mo- dus in verbo indulgendi. Confiiceretur ergo ad- huc Sacramentum absque ea repetitione. Et sicut valeret, si quis diceret: Deprecor, ut per hanc sanctam unctiōem &c. ita etiam valeret: Vngo te & deprecor, ut per suam misericordiam &c. Hactenus Averfa. Quis eorum meliùs, relin- quo iudicio Lectoris.

15. Si hæc formæ; inquit Herinx hic n. 26. non possent explicari in sensu deprecatorio, sufficeret hæc ipsa auctoritas ad opinandum, quòd Chri- stus formam hujus Sacramenti non determi- nasset præcisè ad deprecatoriam. Quod maxi- mè confirmatur ex eo, quòd Sacramentarium Gregorianum, editum per Hugonem Menar- dum, contineat similes formas indicativas cum subjuncta optatione, quæ formam quandam deprecationis præ se fert. Uti & alii Codices antiqui formas consimilis tenoris habent apud Menardum in Notis. Prout etiam Sacerdotale seu Pontificale vetustum M. S. quod vidi Lo- vanii in Bibliotheca Patrum Societatis Jesu. Hæc ille.

16. Quod ad me attinet, si hæc propositio: Vngo te, ut Deus tibi indulgeat, æquivalet illi: Vngo te & deprecor, ut Deus tibi indulgeat, etiam hæc erunt æquivalentes: Vngo te, ut possis superare &c. &: Vngo te & deprecor, ut possis superare aëreas catervas in nomine Patris &c.

Et verò, si hæc valeat (de quo non dubitat Suarez) Vngo te oleo sancto, ut Deus tibi remittat quidquid peccasti &c. cur Suarez supra n. 12. sub- dubitat, an hæc valeat: Per istam unctiōem par- cat tibi Deus &c. vel: Vngendo te parcat tibi Deus? Hoc miratur Arriaga supra n. 25. cùm, inquit, in his verbis: Parcat tibi Deus, longè clariùs contineatur deprecatio, quàm per tò Vt tibi Deus remittat.

Respondet; non subdubitat Suarez, an illæ

formæ valeant defectu deprecationis; sed quia una non exprimit ly Sacram, & altera non satis explicat actionem ministri, ut patet ex dice- dis Concl. sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO II.

Non est de necessitate Sacramenti, quòd distinctè & expressè no- minetur oleum: fortè nec un- ctio exprimenda, minùs pars corporis, quæ inungitur.

17. Quærit Suarez supra n. 12. an oporteat in hac forma explicare materiam remotam, ex qua fit talis unctio, sicut in Confirmatione dicitur: Confirmo te Chrismate. Et respondet hoc non esse de necessitate hujus formæ, nec de substantia Sacramenti, nec de præcepto. Quæ est prima pars nostræ Conclusionis; & satis evidenter ostenditur ex forma Ecclesiæ Ro- manæ, in qua solum dicitur: Per istam sanctam unctiōem, nullà factà mentione olei.

Ergo certum est, hoc non esse de substantia, neque de præcepto; & qui contrarium asse- ret, vinculo perpetui anathematis innodatus existeret, juxta illud cap. Ad abolendam 11. de Hæreticis in principio: Unversos, qui de Sacra- mento Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, vel de Baptismate, seu de peccatorum Con- fessione, Matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis Sacra- mentis aliter sentire, aut docere non metuant, quàm Sacrosancta Romana Ecclesia prædicat & observat &c. vinculo perpetui anathematis innodamus. Ita Lucius III.

18. Confirmatur; quia in Baptismo non est ne- cessè explicare materiam remotam, scilicet aquam, in forma, nisi quatenus continetur in verbo abluendi: ergo neque hic necesse est ex- plicare materiam, olei, nisi quatenus in voce unctiōis involvitur, præsertim cùm sit sermo in particulari de ista sacra unctiōe.

In Sacramento autem Confirmationis oc- currit specialis occasio declarandi materiam Chrismatis; quia sine illa verbum, Confirmo, aut, Signo, non satis explicaret materiam prox- imam seu actionem ministri, quæ fit per modum unctiōis propriæ illius Sacramenti. Quod se- cùs est in præsentì; nam verba illa: Per hanc sacram unctiōem, sufficienter declarant mate- riam proximam, & actionem ministri. Hæc ille.

Et continuò atexit: Hinc tamen colligi- mus, hæc verba substantialia esse; quia formæ Sacramentorum semper debent exprimere actionem, seu efficaciam ministri. Incertum est autem, an singulæ illæ particulæ, scilicet, Istam, & Sacram sint essentielles, vel sufficiat dicere:

H h h 3 Per

15.

Herinx.

Confirma-
tor hæc sen-
sentia.

16.
Iudicium
Auctorit.

Suarez.

Arriaga.

17.
Suarez.

Probat
1. pars Concl.

C. 11. de Hæ-
reticis.

18.
Confirmat
tur.

Quare in
forma Conf
firmationis
exprimat
Christum.

Per istam unctionem, vel, Vngendo te parcat tibi Deus. Et fortasse verius est, has mutationes non esse substantiales, nihilominus omnino cavendæ sunt; quia non fierent sine gravi culpa, tum propter dubium & periculum, tum propter Ecclesiæ consuetudinem. Hucusque Suarez.

19. *Ly Christmate salutis, non est essentiale in forma Confirmationis.*

Verum enimvero neque *ly Christmate salutis*, esse necessarium necessitate Sacramenti Confirmationis, suo loco probavimus. Equidem veluti forma Sacerdotii: *Accipe potestatem offerendi* &c. satis exprimit actionem seu efficaciam ministri, estd non fiat in ea expressa mentio materiae, quæ est porrectio calicis cum vino, & patenæ cum pane; pari ratione illud verbum, *Confirmo*, satis exprimit actionem seu efficaciam ministri, tamen non addatur, *Christmate salutis*, quod est materia illius Sacramenti. Licet enim, *Confirmo*, ex vi verbi non significet modum unctionis, tamen per ipsam externam unctionem, quæ coniungitur prolationi illius verbi, satis determinatur hic & nunc ad illam significandam.

Ergo consimiliter in præsentī Sacramento, estd *ly Vnctionem*, ex vi verbi non significet determinatè unctionem olei; tamen per ipsam materiam seu oleum, quo infirmus à parte rei ungitur, satis determinatur ad illam significandam; uti etiam *ly Baptizo*, in forma Baptismi, determinatur per applicationem aquæ, ad significandam abluionem aquæ. Igitur non est de necessitate Sacramenti, quod in forma Extremæ Vnctionis distinctè & expressè nominetur oleum.

20. *An unctio necessariò debeat exprimi in forma Ext. Unct. Arcudius, Goar.*

Fortè nec unctio debet exprimi, ut apparet ex forma Græcorum, præced. Conclus. assignata: *Pater sancte animarum & corporum Medice* &c. in qua non fit expressa mentio unctionis. Porrò illam esse formam Sacramenti, tradunt Petrus Arcudius & Iacob. Goar in Notis ad officium olei n. 29. & relatus ab eo Neophytus Rhodinus in sua Synopsi. Neque (inquit Herincx hic n. 24.) ex Traditione aliam usurpant Græci, nec in toto officio aliquid reperitur, cui commodiùs ratio formæ adscribatur. Ipsa denique continet orationem directam ad effectum huius Sacramenti, jungiturque adhibitioni materiae. Hæc ille.

Rhodinus. Herincx.

Aversa.

Hinc Arcudius in Concord. lib. de Extrem. Unct. c. 5. (ut refert Aversa supra) censet, vel simpliciter non esse necessariam expressionem unctionis, vel saltem implicite indicari, invocando Deum tamquam Medicum, ut scilicet per unctionem, veluti per modum medicinæ, conferat sanitatem. Vel per antecedentia quædam verba suppleri, quibus dicitur: *Vnctione tui olei, & Sacerdotum tactu, tuos famulos sanctifica, à morbis libera, sordibus, animi purga.* Ita Aversa, & cum illo Herincx supra.

21. *An illa verba: Unctio.*

Quæ si vera sunt, videri posset, quod in toto officio aliquid reperitur, cui commodiùs ra-

tio formæ adscribatur, scilicet illa verba: *Vnctione tui olei* &c. quæ æquivalent ordinariæ formæ Latinorum; nisi fortè cum illis non adhibeatur materia, ut supra insinuat Herincx, dum dicit; *lungiturq; adhibitioni materiae, scilicet hæc forma Græcorum: Pater sancte* &c.

Sed ad hoc responderi posset; sufficere moralem conjunctionem materiae & formæ, quæ hic potest intercedere, si hæc verba immediate coniungantur. Et quid, si dixerō, ex his & illis verbis coalescere unam totalem formam Sacramenti?

Ut sit de forma Græcorum, dubitat valde Arriaga supra n. 26. an non sufficiat in actu exercito ungeri, & simul dicere: *Per suam piissimam misericordiam* &c. Nam, inquit, in Sacramento Ordinis, quando datur potestas conferendi, non dicitur in forma quodquam de contactu calicis & patenæ, sed absolute: *Accipe potestatem* &c. Aliunde autem ex D. Iacobo nihil aliud colligitur, quam esse necessariam orationem; de ea verò reflexa declaratione materiae nihil dicitur.

Ex Concilio item, & usu Ecclesiæ, nihil certi colligitur; quia Conc. æqualiter posita omnia verba: ipse autem Suarez, & Multi dicunt, non esse omnia illa necessaria. Unde ergo colligit hic Auctor Florentinum sentire magis esse necessarium tō *Per hanc sanctam orationem*, quàm tō *Per suam piissimam misericordiam*. Unde mihi ita dicendum in hoc puncto videtur, non habere nos sufficiens fundamentum ad docendum, ea verba requiri, estd fortè re ipsa requirantur. Hæc ille.

Maneat ergo res dubia, & ideo nullatenus practicanda sub gravi obligatione; tum propter periculum invaliditatis Sacramenti; tum propter contrariam Ecclesiæ consuetudinem, quæ ubique & semper observanda est, quando commode fieri potest.

Quantum ad illam particulam, *Sacram. Ext. Sanctam*, additur quidem à Rit. Roman. sed à Florent. & Trident. omittitur. Unde certum mihi videtur, non esse particulam essentiali; ac proinde omissionem ejus non esse peccatum grave, five propter dubium & periculum, five propter Ecclesiæ consuetudinem; quia non apparet gravis materia.

Sed numquid eadem ratio illorum verborum: *Et suam piissimam misericordiam*? Exprimuntur utique non solum à Rit. Roman. sed etiam à Florent. Per ea autem declaratur virtus divina, quæ principaliter in hoc Sacramento operatur, & in qua nititur deprecatio, quæ per hanc formam fit. Ita D. Thom. 4. dist. 23. q. 1. a. 4. q. 3. ibi: *Prædicta oratio est completiva forma huius Sacramenti, quia tangit Sacramentum in hoc, quod dicitur: Per istam unctionem, & illud, quod operatur in Sacramento, scilicet divinam misericordiam* &c.

Et in solutione ad 2. reddit congruenti-

Misericordia, inquit, respicit miseriam, quia hoc Sacramentum datur in statu miserie, scilicet infirmitatis, ideo potius hic quam in aliis sit de misericordia mentio.

Hinc citatur D. Tho. pro sententia, quæ docet, illam particulam esse substantialem. Quam etiam amplectitur Nugnus to. 2. in addit. ad 3. p. q. 29. a. 9. conclus. 4. quia, inquit, ista particula ponitur, ut explicetur causa principalis hujus Sacramenti, & effectus illius; sed magis pertinet ad Sacramentum causa principalis, quam instrumentalis. Ergo cum Sacramentum sit nullum per omissionem illius particulæ, nempe, *Per istam unctionem*, etiam est nullum per omissionem istius. Ita Nugnus, teste Dianâ p. 3. tract. 4. resol. 180.

Ex quo patet quod saltem mortaliter peccaret, qui eam omitteret; tum propter dubium & periculum invaliditatis; tum propter Ecclesiæ consuetudinem, quia in re gravi eam variat.

Interim Suarius suprâ n. 13. putat, incertum esse, an re ipsâ illa particula sit substantialis; quia, inquit, explicari in forma principalem causam effectus sacramentalis, non solet esse de substantia Sacramenti, nisi ubi invocatio Trinitatis ob specialem aliquam rationem est necessaria. Item, quia ipsamet forma deprecativa ex se includit ordinem ad divinam misericordiam, seu invocationem ejus. Præterea, de illa particula, *Piissimam*, clarius videtur non esse essentialiam; & si quis loco *Misericordiam*, poneret, *Bonitatem*, vel aliquid simile, certè videretur valida forma, ut si dicatur: *Per suam Bonitatem* &c. Denique, hoc ipso quod dicitur: *Indulgeat tibi Deus*, actus misericordiam satis expressè postulatur: ergo in actu exercito per misericordiam petitur, quàmvis in actu signato non proferatur. Non est igitur certum illam particulam esse essentialiam, quàmvis sit certum non esse omittendam. Ita Suarez.

Ipsam sequuntur Pitigianus, Layman, Reginaldus & alii Recentiores doctissimi apud Dia. suprâ. Immo Arriaga suprâ n. 26. ait, videri omnino certum, esse sufficientem formam, estò non dicatur: *Per suam piissimam misericordiam*. Unde meritò reprehenditur Nugnus, eò quod dixerit, sententiam Suarii esse improbabilem.

Et sanè, inquit Arriaga n. 27. non video quâ probabilitate Nugnus asseruerit, esse necessarium in formis Sacramentorum explicare causam efficientem, cum certissimum sit ea verba: *Ego te absolvo à peccatis tuis*, estò in eis non dicatur quidquam de causa efficiente, hoc est, de misericordia divina, per quam remittitur peccatum, esse sufficientia. Idem est dum confesco & dico: *Hoc est corpus meum*; nam estò nihil præmiserim de Christo, possum validè consecrare. Idem est etiam in Ordinum collatione. Hæc ille.

Sed dicit aliquis, hic est specialis ratio: nam

sicut in Sacramento Baptismi, ac etiam Confirmationis, erat de necessitate valoris explicita invocatio Trinitatis, quia ibi inchoatur Christiana vita & militia; ita convenienter in hoc extremo Sacramento erit de ejus substantia, explicita invocatio divina misericordiam; quando nempe clauditur præsens vita, & infirmum premit sua indigentia divinæ pietatis. Atque in forma Græcorum habetur quoque talis explicita invocatio Dei, ad quem dirigitur oratio, & à quo salus petitur; habetur invocatio divinæ misericordiam & pietatis, dum appellatur Deus, tamquam medicus salutatis. Ita Averfa suprâ.

Respondeo; divina misericordia sufficienter significatur in ly *Indulgeat Dominus*, vel *Deus*; nam indulgentia actus est misericordiam, non justitiæ. Quod attinet ad Baptismum, speciale habemus præceptum baptizandi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Matth. ultimo v. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Et nisi hoc esset, neque in Baptismo foret necessaria necessitate Sacramenti invocatio SS. Trinitatis.

Quia autem tale præceptum non habemus in Scriptura de Confirmatione, ideo suo loco docuimus, invocationem SS. Trinitatis non esse necessariam necessitate Sacramenti in ejus forma. Ergo cum Scriptura non requirat expressionem misericordiam divinæ in hoc Sacramento, ut patet ex Jacob. 5. probabile omnino est, eam non esse necessariam necessitate Sacramenti; quàmvis indubiè sit necessaria necessitate præcepti.

Porro circa hæc fatetur Arriaga, se non capere, quid juvet ad vitandum peccatum mortale, monere tunc suscipientem de periculo nullitatis. Etenim vel est urgens necessitas ad ea verba omittenda, & tunc nullum erit peccatum ea omittente, sive moneatur, sive non moneatur suscipiens; quia in simili necessitate excusamur ab usurpatione materiæ omnino certæ, quando applicamus probabilem: si verò nulla est necessitas, erit sine dubio mortale, non uti præscriptâ ab Ecclesia formâ; id quod maximè locum habet, quando accipitur altera dubia: monitio autem suscipientis nihil valebit ad vitandum periculum faciendi irriti Sacramenti sine necessitate. Ita discurrit Arriaga suprâ n. 28, contra Gasp. Hurtadum hic diff. 7.

Sed quàmvis hæc monitio nihil valeat, ad vitandum periculum faciendi irriti Sacramenti sine necessitate. Et per consequens nihil valeat, ad vitandum peccatum mortale irreverentiæ, quod tunc committitur, secundùm communioem sententiam. Similiter, estò hæc admonitio nihil valeat, ad vitandum peccatum mortale contra præceptum Ecclesiæ; equidem utilis est, ad vitandum peccatum mortale contra justitiam, aut certè contra charitatem proximi, qui jus habet ad accipiendum Sacramentum

Obiectio est Averfa.

29. Solvitur

Matth. ult.

30. An debet moneri suscipiens, quando cum forma incerta ministratur hoc Sacramentum.

Arriaga

Hurtadus

25. esse essentialia adscribitur D. Tho. Nugnus.

26. Peccaret mortaliter qui ea omittit.

26. Incertum est, an sint essentialia ex Suario.

27. Arriaga existimat certum non esse essentialia.

28.

Fragmentary text from the left edge of the page, including words like 'miseriam', 'infirmitatis', 'mortaliter', 'essentialia', 'certum', 'essentialia', 'existimat', 'certum', 'essentialia'.



tum omnino certum, & censetur velle accipere Sacramentum omnino certum, nisi monitus de incertitudine seu probabilitate, voluntariè acquiescat & cedat jure suo.

31.
An sit de
essentia hu-
jus Sacram-
quod exprit-
matur pars
corporis
quæ inungi-
tur.

Restat ultima particula formæ, scilicet: *Quidquid per visum, sive auditum &c. deliquisti*, quæ significatur tum pars corporis, quæ inungitur, tum effectus hujus Sacramenti, scilicet remissio peccatorum. Equidem quod non sit necessarium necessitate Sacramenti exprimere partem corporis, quæ inungitur, patet ex forma Græcorum, in qua talis pars non exprimitur; maxime, cum supra dictum sit, nullam determinatam partem necessitate Sacramenti debere inungi; sed sufficere unicam unctionem cujuscumque partis.

Et dato; quod unctiones quinque sensuum forent essentielles, nunquid ideo necessarium illos sensus exprimere in forma? Nonne de essentia Confirmationis est, ut unctio fiat in fronte? Et tamen id non declaratur in forma. Sufficeret ergo ad valorem dicere: *Per has sanctas unctiones indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti*.

32.

Rursumque gratis admissio; quod deberent omnes sensus exprimi, nihilominus sufficeret ad valorem unica formaliter forma, sequentis tenoris: *Per has sanctas unctiones indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum &c.* ut patet ex antea dictis; quia hæc forma æquivaleret quinque formis distinctis, in quibus unusquisque sensus exprimitur: sicut auditis Confessionibus multorum dici potest: *Ego vos absolvo*; & in Baptismo plurimum: *Ego vos baptizo*.

Graviter
peccaret qui
in Ecclesia
Latina non
exprimeret
singulas
partes cor-
poris.

Cæterum graviter peccaret, qui in Ecclesia Latina sine necessitate non exprimeret singulas partes corporis, quæ inunguntur, aut quinque non repeteret illa verba formæ; quia notabilem, receptum & approbatum Ecclesiæ Catholicæ ritum, in solemnibus hujus Sacramenti administratione adhiberi solitum, aut contemneret, aut certe pro libito omitteret, & in novum alium mutaret.

33.
An valeat
forma sine
his verbis:
*Quidquid de-
liquisti? Affir-
mat Arriaga, &c.
probat.*

Sed nunquid validè inungit, qui non solum tacet partes corporis, sed etiam effectum remissionis peccatorum, omittendo illa verba: *Quidquid deliquisti? Affirmat Arriaga supra n. 29.* tum, quia ad intelligendam veram orationem ea non requiruntur; tum, quia (juxta probabilem sententiam) potest administrari hoc Sacramentum adulto rationis capaci, etiamsi confiter, eum nullum peccatum commississe post Baptismum; eo autem casu illa verba potius videntur inepta pro tali infirmo: quid enim petitur, ut Deus illi parcat, quod non commisit? Hæc ille.

Responsio
ad ultimam
probationem.

Respondeo, petitur, ut Deus illi parcat, quod commisit ante Baptismum, ut latius infra ubi de suscipiente hoc Sacramentum. Cur autem Ecclesia Romana voluerit, ut exprimeretur remissio peccatorum, potius quam alle-

viatio infirmi, quæ tamen etiam exprimitur ab Apostolo Iacobo ibi: *Et allevabit eum Dominus*, patebit ex dicendis Concluf. seq. quæ erit de effectibus hujus Sacramenti.

Hoc certum esse debet; formam Ecclesiæ Romanæ omnino sufficere, adeoque non esse necessarium exprimere omnem effectum, neque eadem necessitate præcepti; neque invocare SS. Trinitatem, cum hoc Sacramentum non sit professio fidei, sicuti Baptismus; neque in eo occurrat aliqua specialis ratio hujus invocationis: & quod caput est, nec in Concilio hoc declaratur, nec in Rit. Rom. neque etiam communis consuetudo id habeat: nullum ergo fundamentum est, asserendi talem præcepti obligationem.

Et quoniam aliæ difficultates circa formam hujus Sacramenti non succurrunt, progredietur ad ejus effectus, pro quibus instituitur.

CONCLUSIO III.

Effectus speciales Extremæ unctionis sunt, remissio delictorum, auxilium actuale contra molestias morbi & tentationes, remissio pœnarum, ac denique sanitas corporalis interdum, ubi saluti animæ expedierit.

Effectum specialem voco, qui non est communis omnibus Sacramentis, & ideo non recensui gratiam sanctificantem, quia est effectus communis omnibus Sacramentis novæ Legis; cum ergo ostensum sit, hoc esse verum Sacramentum novæ Legis; omnia quæ huius Sacramenti communia sunt, ei convenire necesse est. Præter autem gratiam sanctificantem, omnia singula Sacramenta conferunt auxilia specialia, quibus homo juvetur, ad finem specialem cujusque Sacramenti obtinendum.

Hoc supposito; enumerata in Concluf. de speciales effectus hujus Sacramenti, probatur quia non sunt effectus communes omnibus Sacramentis, ut nimis clarum est. Et aliunde sunt effectus hujus Sacramenti, ut evidenter ostenditur, tum ex Scriptura, tum ex Conc. Florent. & Trident. Nam Iac. 5. v. 15. ita legitur: *Oratio fidei salvabit infirmum, & allevabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.*

Quæ verba, sic interpretatur Florent. in Decreto Eugenii: *Effectus vero Extremæ unctionis sanitatio, & in quantum expediat ipsius animæ corporis.*

Clarius autem Conc. Trident. sess. 14. de Extremæ Unct. c. 2. Responso & effectus hujus Sacramenti illis verbis explicat: *Et oratio fidei*

Res etenim hac gratia est Spiritus sancti, cuius unctio delicta, si qua sint adhuc expianda, ac peccata reliquias abstergit, & aegroti animam alleviat & confirmat, magnum in eo divine misericordiae fiduciam excitando: quia infirmus sublevatus, & morbi incommoda ac labores levius fert, & tentationibus demonis, calcaneo infidantis, facilius resistit: & sanitatem corporis interdam, ubi saluti animae expedit, consequitur.

Ubi primo loco ponit remissionem delictorum; prout etiam can. 2. Si quis dixerit Sacramentum infirmorum unctioem non conferre gratiam (sanctificantem, quae non est specialis effectus, ut statim diximus) nec remittere peccata, nec alleviare infirmos, sed iam cessasse &c. anathema sit.

Quapropter & nos inherentes vestigiis huius Concilii, remissionem delictorum primo loco posuimus in Concl. praesertim, cum in forma ordinaria Ecclesiae Latinae, haec sola proprie exprimitur; quod nobis sufficiens argumentum, eam esse effectum per se & primarium huius Sacramenti, ad quem causandum Sacramentum hoc per se & primario est institutum. Ut quid enim exprimeretur effectus secundarius, relicto primario?

Ex quo patet per delicta hic intelligi peccata venialia, ut loquitur Catechismus Rom. p. 2. cap. 6. q. 14. ibi: Docebunt igitur Pastores hoc Sacramento gratiam tribui, quae peccata, & imprimis quidem leviora, & ut communi nomine appellantur, venialia, remittit, exitiales enim culpa Penitentia Sacramento tolluntur. Neque enim hoc Sacramentum primario loco ad graviorum criminum remissionem institutum est; sed Baptismus tantum, & Penitentia, vi sua hoc efficiunt.

Ergo Extrema Unctio vi sua & primario remittit crimina leviora seu peccata venialia; secus mortalia. Et ideo numeratur inter Sacramenta vivorum, quae supponunt in subiecto gratiam sanctificantem.

Itaque communis sententia est; hoc Sacramentum tunc solum conferre remissionem peccati mortalis, quando suscipiens habet veram illius Attritionem. Hanc autem habere non potest, si possit confiteri, aut elicere actum Contritionis. & nolit, sciens obligationem confitendi, aut elicendi actum Contritionis. Patet; quia sic peccat mortaliter, volens suscipere Sacramentum vivorum, in statu peccati mortalis; porro vera Attritio includit propositum de caetero non peccandi mortaliter: ergo excludit actuale peccatum.

An autem propterea remissio mortalium debeat dici effectus per accidens, vel; ut Alii, effectus secundarius; an verò adhuc possit dici effectus per se & primarius, fuscè disputant hic Auctores; sed, meo iudicio, res non meretur, quia solum est quaestio de nomine, nihil omnino conducens ad praxim; quippe infirmus nec amplius accipiet, si dixeris effectum per se & primarium, nec minus, si dixeris secundarium aut per accidens.

Idem dico de hac controversia (quae similiter hic fulsissime ab aliquibus tractatur) an remissio peccatorum venialium sit effectus primarius; an verò alleviatio infirmi, seu auxilium actuale contra molestias morbi & tentationes. Res, dico, non meretur longiorem discussionem, sive enim hoc, sive illud elegeris; non errabis in fide, neque in bonis moribus.

Et ideo solum proponam sententiam Doctoris Subtilis, qui q. dist. 23. q. unica nu. 2. docet, Extremam Unctionem esse à Deo institutum Sacramentum respectu finalis remissionis venialium. Et probat ex illo verbo Iac. 5. Si in peccatis est, remittentur eis. Non intelligit, inquit, de mortalibus, quia haec non remittuntur, nisi in Baptismo vel Penitentia: ergo de venialibus. Si ergo prima Conclusio; quod respectu finalis remissionis venialium convenit esse, & potest esse, & est Sacramentum novo Legis.

Non ait: Respectu remissionis venialium, sed: Respectu finalis remissionis venialium: quia hoc Sacramentum non valide ministratur nisi infirmis, qui tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur, & his, qui praesens deficiunt, & indies videntur morturi, etiam sine alia infirmitate.

Cur autem Christus voluerit talibus hominibus providere de speciali Sacramento, remissivo peccatorum venialium, est per Sacramentum Penitentiae, & multis aliis remediis possent expiari, si licitum est conjectare, seu indagare rationes providentiae divinae; dicerem cum Scoto supra: Quia ista non remissa, essent impedimentum gloriae consequendae, & non remissa possunt esse usque ad exitum, quia peccator quasi continue peccat talibus peccatis. Addo; & saepe parum sollicitus est, illa peccata Sacramento Penitentiae, aut aliis remediis expiare.

Ut omittam; actus, necessarios ad Sacramentum Penitentiae, satis difficiles fore, praesertim hominibus infirmis in fine vitae, propter molestias morbi, quibus animus impeditur, quod minus possit intendere actibus supernaturalibus, & confessioni venialium peccatorum; ita ut quamvis maxime vellet ea communia confiteri, tamen moraliter sit impossibile defectu scientiae seu memoriae, & propter eorum multitudinem.

Aliud est de peccatis mortalibus, quae factis memoriae occurrunt, & quae necessario debent Sacramento Penitentiae expiari, atque omnia expiantur, etiam illa, quae memoria non occurrunt, per veram Absolutionem vel unius tantum venialis peccati; secus omnia peccata venialia, ut constat ex alibi dictis.

Igitur congruum fuit institui aliquod Sacramentum distinctum à Penitentia pro remissione finali peccatorum venialium, est non pro remissione finali peccatorum mortalium, quae communiter remissa sunt ante exitum.

39. An alleviatio infirmi sit effectus primarius.

Sententia Doct. Subt.

40. Cur Christus voluerit infirmis providere de Sacramento remissivo venialium, Scoto.

41. Secus mortalia.

37. Remissio peccatorum est effectus primarius huius Sacramenti.

Per peccata intelliguntur venialia.

Catech. Rom.

38. Quando Extrema Unctio remittit peccata mortalia.

39. An alleviatio infirmi sit effectus primarius.

40. Cur Christus voluerit infirmis providere de Sacramento remissivo venialium, Scoto.

41. Secus mortalia.

tum; quia peccator quasi continuè non peccat talibus peccatis, & quia communiter ante exitum confitetur saltem unum peccatum veniale.

42.
Extri. Unct.
per accidens
remitterit
peccata
mortalia.

Interim, quia fieri potest, ut homo præoccupatus, nec possit confiteri, nec etiam elicere Contritionem charitate perfectam, voluit misericors Deus, ut etiam hoc Sacramentum secundariò remitteret peccata mortalia subiecto alioquin debite dispositio, saltem per Attritionem supernaturalem, aut actum æquivalentem.

Neque hoc negavit Scotus, quando dixit, verba Iacob, intelligenda esse non de mortalibus, sed de venialibus; quia locutus fuit de primario significato istorum verborum; vel, ut Alii, de significato per se. Et consimiliter verba illa formæ ordinariæ: *Indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum &c.* intelligi debent per se & primariò de delictis venialibus, secundariò autem, vel per accidens; etiam de mortalibus.

43.
Scotus non
est Auctori
huius sententia,
nam
ante ipsum
eam docuit
D. Bonav.

Sed numquid huius sententiæ Auctor fuit Scotus? Absit; nam ante ipsum in terminis eam docuit S. Bonav. 4. dist. 23. art. 1. q. 1. ibi: *Dicendum, quod Aliquorum opinio fuit, quod Sacramentum istud principaliter est ordinatum contra sequelas vel reliquias peccati, quæ gravant, quæ relicta sunt tam ex originali, quam ex actuali; quæ quidem reliquie sunt pœna spirituales, habentes tamen frequenter pœnas corporales annexas, propter sui expurgationem, & ideo principaliter hoc Sacramentum est contra pœnam spiritualem, sed ex consequenti est ad sanandum morbum corporalem.*

44.
Objectio.

Sed contra hoc est, quod dicitur Iac. 5. in institutione istius Sacramenti: *Si in peccatis fuerit, remittentur ei:* Ergo istud Sacramentum est ordinatum contra aliquem morbum peccati; & hoc ipsum tangitur in Glossa. Et cum non sit contra originale, nec contra mortale, relinquatur quid sit contra peccatum veniale: & hoc communis opinio tenet.

Solutio:

Sed notandum (prosequitur Seraphicus Doctor) quod de veniali peccato est loqui dupliciter, aut prout est quis in statu via, aut prout est in egressu. Si prout est in statu via sive in itinere, sic morbus venialis est quasi inseparabilis, vel quâdam necessitate iterabilis, ac per hoc quodammodo incurabilis, & ideo non debuit contra ipsum aliqua medicina specialiter & principaliter ordinari; immo quodammodo omnia Sacramenta valent ad eius curationem secundum plus & minus. Si autem loquimur prout anima est in statu egressendi, sic possum curari sine iteratione: & sic cum anima possit contrahere talia crimina, quæ retraherent à gloria, instituit divina misericordia remedium, quo anima curari possit quantum ad remissionem culpæ, & etiam partem pœnæ, & hoc est Sacramentum Vnctionis Extremæ. Hucusque Bonav.

45.
Quomodo
curetur.

A quo si quæras, quomodo curetur peccatum veniale in hoc Sacramento? Continuò

respondet: Modus autem curandi veniale peccatum in hoc Sacramento, correspondet modo infirmitatis. Veniale autem peccatum gravat animam imprimendo deorsum, ut non ita intendat in Deum per devotionem & amorem, pro eo, quod est in conversio inordinata ad commutabile bonum, & pro eo, quod est minor amor Dei, sicut tangit August. in lib. Confess. Et ideo cum curatio directè sit per contritionem, per illud curatur, quod animam aggravatam, per devotionem sursum elevat. Et quoniam corpus, quod corrumpitur, aggravat animam: cum illud Sacramentum sit ad elevandam animam per devotionem, in qua anima recipit vigorem quemdam, in quo semper est delerio venialium, si sunt in anima, & per consequens repressio molestiarum corporatum, si expedit ipsi anima: hinc est, quod istud Sacramentum principaliter est curationem & allevationem infirmitatis spiritualis, scilicet peccati venialis, & per accidens est ad curationem & allevationem infirmitatis corporalis, quodammodo ad vigorandam animam, quæ regit corpus.

Et sic patet, quid sit in hoc Sacramento res tantum, quid signum, & quid res & signum. Signum tantum est unctio exterior. Res tantum est venialis unctio. Res & signum, in ipsa anima devotionis excitatio, quæ non est aliud, quam quedam spiritualis visio. Concedenda igitur sunt rationes, probantes, quod Sacramentum valere ad infirmitates corporales curandas. Concedenda etiam sunt rationes, probantes, quod non valet principaliter contra illas, quoniam solum per accidens, & ex consequenti valet, ut prius ostensum est.

Ex quibus verbis patet, D. Bonavent. non excludetur ab effectu primario alleviationem animæ, quæ fit per auxilium actuale contra molestias morbi & tentationes; neque remissionem pœnarum, ratione quarum, peccata venialia sunt impedimentum gloriæ consequendæ; & per consequens, non excluditur absterfionem reliquiarum peccati, utpote quæ nihil aliud sunt, quam languor quidam & infirmitas animæ, quæ ex peccatis contrahitur, sive spiritualis debilitas, in ipsa mente exillens, quæ non est aliquid physicum, sed morale, maximè proveniens ex subtractione auxiliorum gratiæ, propter peccata tam mortalia, quam venialia.

Si ergo hoc Sacramentum primariò sit institutum, ut vult prædictus Doctor Ecclesiæ, ad elevandam animam per devotionem, in qua anima recipit vigorem quemdam, in quo semper est delerio venialium, si sunt in anima; tunc hæc sunt, quæ maximè impediunt illam devotionem & vigorem; sequitur manifestè, quod sit primariò institutum, tum ad remissionem venialium, tum ad accipiendam illam devotionem & vigorem, per collationem gratiæ habitualis, & auxiliorum gratiæ actualis, quæ alleviant animam ægroti & confirmant, magnum in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando, quæ infirmus sublevatus, & morbi incommoda

ac labores leviſis fert, & tentationibus dæmonis, calcaneo inſidiantis, facilis reſiſtit.

Atque hoc eſt quod dicit Conc. Trident. in proœmio de hoc Sacramento: *Extrema Vnctiois Sacramento finem vita tamquam firmiſſimo quodam præſidio munivit. Nam eſi Adverſarius noſter occaſiones per omnem vitam quaerat & capiet, ut devorare animas noſtras quoquo modo poſſit: nullum tamen tempus eſt, quo vehementius ille omnes ſua verſuta nervos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, ſi poſſit, divina miſericordie deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vita perſpicit.*

Cæterum, quia hæc auxilia gratiæ non inſalubriter conceduntur per hoc Sacramento; nam sæpè inſirmus, qui inungitur, defectu uſus rationis eſt incapax eorum, per conſequentes incapax alleviationis & confirmationis; ſemper autem eſt capax gratiæ habitualis & remiſſionis peccatorum, ideo meritò Concilium hanc remiſſionem primo loco poſuit, & ipſa ſola propriè loquendo in forma ordinaria exprimitur.

Dico: *Propriè loquendo*; quia delictum propriè ſignificat peccatum actuale vel habituale, quàmvis latè loquendo poſſet accipi etiam pro reliquiis peccati; poena utique Purgatorii, & præſata debilitate mentis, quæ debilitas, ſicut jam jam dixi, non ſemper tollitur per hoc Sacramento, etiam dum homo eſt capax rationis, cum uſus gratiæ actualis pendeat à libera hominis cooperatione: unde fieri poſſet, ut, non obſtante hoc Sacramento, adhuc inſirmus graviffimè ferret moleſtias morbi, & tentationibus dæmonis, calcaneo inſidiantis, nullatenus reſisteret, ſed à fiducia divinæ miſericordie deturbaretur.

At verò ſemper accipit remiſſionem peccati, & partis poenæ Purgatorii, dummodo cum debita diſpoſitione recipiat Sacramento; patet: quia ſemper recipit gratiam habitualem, quæ eſt incompatibilis cum peccato mortali, & poteſt remittere peccata venialia, ut patet in Sacramento Pœnitentiæ.

Cum ergo hoc Sacramento ſit conſummativum Pœnitentiæ, etiam eius gratia erit conſummativa gratiæ Pœnitentiæ; adeoque remiſſiva peccati venialis, etiam abſque alio pio motu, conſequenti ſuſceptionem Sacramenti, ſimili modo, quo gratia Sacramenti Pœnitentiæ eſt remiſſiva peccati venialis.

Unde quod ait Herincx hîc num. 46. Primus (effectus ſpecialis hujus Sacramenti) remiſſio peccati, mortalis per accidens propter bonam fidem, quæ peccator aſtritus illud ſuſcipit; venialis autem per ſe, quamquam probabilibus prærequiritur, etiam in juſtis, aliquis pius motus.

Hoc, inquam, non placet, ſi intelligatur de pio motu, conſequenti ſuſceptionem Sacramenti, cum ſæpiſſimè adminiſtretur hoc Sacramento inſirmo, cui moraliter; immo phyſicè eſt impoſſibilis pius motus, utpote ratione de-

ſtitutus, & mox ita moriturus: ſi talis eſt incapax remiſſionis peccati venialis, quomodo bene dicitur ei: *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti?* Nam hoc per ſe intelligitur de peccatis venialibus.

Utrumque ergo ſit de mente S. Bonav. ſuprà, qui videtur requirere aliquam devotionem, in qua, ſive per quam deleantur peccata venialia, exiſtimo cum Scoto, qui nullus devotionis meminit, & aliis DD. hoc Sacramento immediatè remittere peccata venialia, ſimili modo, quo ea remittit Sacramento Pœnitentiæ, cujus eſt conſummatio, de dictum eſt.

Profeſſio non eſt dubium, peccata mortalia remittere per ſe, vel per accidens, abſque alio pio motu; quidni ergo etiam venialia? Non video rationem diſparitatis, niſi quòd gratia ſanctificans poſſit flare cum peccato veniali; ſecus cum mortali. Sed hæc diſparitas non ſufficit; nam gratia ſanctificans etiam immediatè poteſt remittere peccata venialia, ut patet in Sacramento Pœnitentiæ. Ergo non eſt ratio, quare etiam non remittat in hoc Sacramento, quod per ſe inſtitutum eſt ad remiſſionem peccati venialis; præſertim, cum nonnulli doceant, per Euchariſtiam & alia Sacramenta, quæ non ſunt inſtituta ad iſtum finem, remitti immediatè aliqua peccata venialia.

Dices; ſolet hoc Sacramento adminiſtrari inſirmo, dum adhuc eſt compos rationis.

Reſpondeo; hoc ideo eſſe, ut ſic melius diſpoſitus, recipiat uberiorem gratiam ſanctificantem, & per conſequentes plura auxilia actualia ad reſiſtendum tentationibus, & ad leviſius ferendum moleſtias morbi; non autem ideo, ut per bonum motum ſubſequentem, accipiat remiſſionem peccati venialis.

Itaque congruum fuit, ut pro termino vitæ, quo quis innititur ſoli divinæ miſericordie, neque reflectit ſe, immo sæpè, propter moleſtias morbi, non poteſt ſe reflectere ad alia media remiſſionis peccatorum venialium, quibus quali continè peccat; congruum, inquam, fuit, ut hoc medium remiſſionis inſtitueretur, tanquam Pœnitentiæ conſummativum, quo peccata, quæ ſunt materia ſufficiens Pœnitentiæ, omnia omnino, ſufficienter tamen retractata, tollerentur, ne poſt hanc vitam Deus ea per ſe debeat remittere, abſque aliquo opere meritorio, aut ſatisfactorio, extra viam elicitio. Quod licèt Deus ſæpiùs faciat, & ideo non fuerit abſoluta neceſſitas inſtituendi hoc Sacramento ad illum finem; conveniens tamen fuit ſic fieri, quia locus remiſſionis peccatorum quoad culpam, per ſe non eſt altera vita.

Dico; *Quoad culpam*; quia poſt hanc vitam datur Purgatorium ad ſatiſpatiendum, & ideo non remittitur per hoc Sacramento tota poena, ſicut nec per Sacramento Pœnitentiæ; ſed pars tantum poenæ, veluti per Sacramento Pœnitentiæ.

47. Probatur ſententia D. Bonav. et Conc. Trident.

48. Quare Conc. il. loco ponit remiſſionem peccatorum.

Infirmus ſemper accipit remiſſionem peccati.

49. An ad eſſe requiratur pius motus ſubſequentes Sacramento.

Herincx.

50. S. Bonav. videtur requirere aliam quam devotionem.

Oppoſitum cum Scoto docet Aug. 202.

51. Objeſtio.

Diluitur.

52. Congruum inſtitutio- nis hujus Sacramenti.

Per hoc Sacramen- tum non remittitur tota poena.

53. Quare non ministratur illis, qui violenta morte pereunt.

Si inferas: ergo etiam debet ministrari hoc Sacramentum iis, qui violenta morte pereunt. Resp. Neg. Conseq. obstat enim voluntas seu institutio Christi. Congruentia institutionis facilis est; quia tunc non ita gravatur eorum libertas per molestias morbi, quin alia remedia possint adhibere, si velint. At verò infirmi corpore, & gravati per infirmitatem, aliam habent dispositionem sensuum, phantasmatum & virium, quibus distrahuntur, ideoque requirunt specialem excitationem. Atque hæc de spirituali effectu hujus Sacramenti, abundè satis, ut puta, pro omnibus illis, qui magis amant res, quàm voces.

54. Extre. Unctio confert sanitatem corporalem ex Jac. 5.

Pauca subdo de effectu corporali, qui collitur ex Jac. 5. ibi: *Oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus.* Ubi Aliqui priorem particulam referunt ad salutem seu sanitatem corporalem, & alteram ad spirituale subsidium. Alii verò priorem referunt ad effectum sacramentalem communem sanctificantis gratiæ, & alteram ad effectum item spirituales specialium auxiliorum gratiæ, & ad effectum corporalem sanitatis. Aliqui tandem utramque particulam conjunctim & distinctè referunt ad salutem spirituales, & corporalem simul.

& Marc. 6.

Confirmatur hic effectus ex eo, quòd Apostoli apud Marcum c. 6. ubi secundum Trident. sup. c. 1. insinuatam fuit hoc Sacramentum, corporaliter sanaverint infirmos per uncti-
onem olei.

55. An hic effectus sit infallibilis.

Igitur de hoc effectu non dubitatur, sed queritur, an sit infallibilis, sicuti est infallibilis effectus spiritualis; id est, an semper infirmus per hoc Sacramentum consequatur sanitatem corporis, veluti semper consequitur sanitatem animæ, id est, gratiam sanctificantem.

Et quidem si quæstio est de perfecta & totali sanitate, nihil manifestius est, quàm plerisque suscepta Extremâ Unctione mori; immo sæpè sæpius nullam omnino corporis sanitatem, saltem quantum exterius apparet, recipere.

56. Pars negans probatur ex Florent. & Trid.

Quod probè sciens Conc. Florent. in Decreto Eugenii: *Effectus, inquit, est mentis sanatio, & in quantum expedit, ipsius etiam corporis.* Expedit, inquam, salutem animæ, ut postmodum explicavit Conc. Trident. suprà c. 2. in fine hisce verbis: *Et sanitatem corporis interdum, ubi salutem animæ expenderit, consequitur.*

Quæ verba Conciliorum, sic Aliqui intelligunt, ut, posthac hanc conditione, infallibiliter conferatur sanitas corporalis, vel integra, vel tantum ex parte, si illud & non amplius expediens fuerit.

57. An sit infallibilis quando expedit salutem animæ. S. Thomas, Suarez.

Hanc sententiam dicit Suarez disput. 41. sect. 3. n. 5. communem, in qua & ipse persistit, & pro ea citatur Doctor Angelicus in Suppl. q. 30. art. 2. in corp. ibi: *Et quia ratio operans numquam inducit secundarium effectum, nisi secundum quod expedit ad principalem: ideo ex hoc Sacramento non sequitur corporalis sanatio semper,*

sed quando expedit ad spirituales sanationem; & tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis.

Unde quòd Trident. dicit: *Sanitas corporis interdum, ubi salutem animæ expenderit, consequitur, intelligendum videtur, non quòd interdum tantum infirmus consequatur sanitatem, etiam si expenderit animæ salutem; sed quia hoc interdum solum expedit salutem animæ.*

Objicis: experimur sæpè restitui sanitatem his, qui postea in detrimentum animarum suarum illa usuri sunt. Respondetur; non constare illos recuperasse sanitatem virtute hujus Sacramenti; neque enim omnes qui unguuntur, habent desperatam salutem virtute naturali, quoniam non possunt salutem recuperare applicando aliqua passiva.

Deinde, fieri potest, ut sanitas illa pro tempore spirituales fructum attulerit, quem postea, supervenientibus novis occasionibus peccandi, homo amittat: neque enim necesse est, ut salus animæ, de qua loquitur Trident. sit futura permanens, ac in re ipsa perpetuo duratura; sed satis est, quòd ex illa sanitate corporis jurata sit homo ad salutem & bonum animæ, licet fortè in eo non sit perseveraturus.

Rursum objicis: plerique moriuntur, non est autem credibile, quòd omnes illi perirent, si sanati fuissent; nam ponamus quòd aliqui ex eis fuerit confirmatus in gratia, v. g. S. Joannes Evangelista, ille saltem, si diutius supervivisset, non periisset, & plus meruisset: ergo &c.

Respondetur; confirmationem in gratia non debet excedere terminum vite, à Deo constitutum, & ab initio prævium; non enim Deus in officio voluit aliquem confirmare in gratia, & dare semper in infinitum ampliora & ulteriora gratiæ auxilia, sed determinatè talia auxilia, pro tali tempore. Si ergo Joannes supervivisset, fortè non fuisset amplius in gratia confirmatus, nec habuisset ulteriora & ampliora auxilia actualia gratiæ, neque meruisset; ac proinde non expeditisset animæ ejus sanitas corporalis, sine diuturnior vita.

Et idem dicendum de omnibus, qui quantum moraliter conjectari licet, si sanati fuissent, non solum rectè & honestè vixissent, sed etiam magnos fructus spirituales produxissent; dicendum, inquam, in primis, hoc esse valde incertum, & sine sufficienti fundamento affirmati, solique Deo cognitum. Deinde addo; fortè aliis rationibus id non expedire illis, quia postea mutarentur, & melius illis est statim mori, juxta illud Sap. 4. v. 11. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius &c.*

His tamen non obstantibus, posset aliquid videri, hunc effectum non esse infallibilem; sed non fallibiliter impetrandum, juxta ordinem divine providentiæ. Fundamentum; quia nec verba Jac. Apostoli, nec verba Florent. aut Trident.

plus requirunt. Non verba Apostoli; quia, ut supra dixi, Aliqui ea intelligunt de sanitate spirituali, & recreatione quâdam seu sublevatione animæ, aut etiam corporis. Et quâvis Concilia Florent. & Trident. ac plerique DD. ea intelligant etiam de sanitate corporali, tamen nihil est, quod cogit ea intelligere de infallibili sanitate; immo potius contrarium insinuat ly Oratio, per quam non infallibiliter obtinetur bonum, quod petitur.

Occurrit objectioni

Nec obstat; quod hæc oratio sit sacramentalis; nam ad hoc sufficit, quod aliquem habeat infallibilem effectum, puta sanitatem spiritualem, ut patet ex dictis, quæ est præcipuus effectus. Sic quippe etiam Sacrificium duplicem habet effectum, unum infallibilem, scilicet remissionem pœnæ temporalis, alterum fallibilem, nptutâ castitatem, aliasque virtutes; item sanitatem corporis, aëris clementiam &c. Cur ergo similiter Extrema Unctio non possit infallibiliter conferre gratiam sanctificantem, auxilia gratiæ &c. & fallibiliter sanitatem corporalem?

61. Respondetur ad Conc. Trid.

Quantum ad Trident. intelligi possit, quod ubi saluti animæ expidierit, consequatur infirmus sanitatem; tamen nequidem tunc semper, sed interdum, quando scilicet consonat ordini tum naturalis, tum præcipuè supernaturalis providentiæ Dei; præsertim circa infirmum.

& Florent.

Atque hic sensus facilis est & obivus. Quem etiam recipiunt verba Florentini: *In quantum expedit, scilicet secundum ordinem divinæ providentiæ & justitiæ.* Providentiæ autem divinæ propter alios fines potest permittere mortem hujus hominis, estâ alioquin vivens adhuc multa bona opera præstitisset, & majorem gloriam promeruisset. Similiter justitiæ potest ipsi disponere, tamquam expediens ad puniendum peccata commissa vel infirmi, vel communitatis, quâvis forte expidiret animæ infirmi, quod convalesceret.

62. Responsio confirmatur ex Concilio Colon.

Unde Concil. Coloniense celebratum anno 1536. p. 7. c. 49. sic explicat hanc conditionem. *Restat Extrema Unctio, quæ (quoniam in morte extrema lucta est) adhibetur, ut vel convalescat agrotus, si Deo ita visum, vel fide bonâ, spe obdormiat in Domino.* Si Deo, inquam, ita visum, scilicet secundum universales aut speciales rationes suæ providentiæ.

S. 76.

Quod etiam significare videtur S. Tho. supra illis verbis: *Dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis;* quia v. g. propter peccata præterita non meretur sanitatem corporalem; vel, ut explicat Catechif. Rom. part. 2. c. 6. q. 14. quia fides ejus infirmior est.

63. Et Catech. Romano.

Si agroti, inquit, eo tempore eam minus consequuntur, id quidem non Sacramenti vitio, sed ob eam potius causam evenire credendum est; quod eorum magna pars, vel qui sacro Oleo perunguntur, vel à quibus administratur, fides infirmior est. Testatur enim Evang. (Matth. 13.) *Domnum apud suos multas*

virtutes non fecisse, propter incredulitatem illarum. Quamquam etiam recte dici potest, Christianam Religionem, ex quo aliis tanquam radices egit in animis hominum, minus tam huiusmodi miraculorum adminiculis indigere, quam olim nascentis Ecclesiæ initio necessaria esse viderentur. Sed tamen hoc loco fides magnopere excitanda est; utcumque enim quod ad corporis validitatem attinet, Dei consilio & voluntate ceciderit, certâ spe nisi fideles debent, se huius sacri Olei virtute spiritualem sanitatem consecuturos esse.

Igitur spiritualis sanitas certa est & infallibilis, corporalis incerta & fallibilis. Fortè, sicut secundum meliorem dispositionem, conferatur melior effectus per alia Sacramenta; sic etiam Deus hic requirit certam dispositionem, ut conferat sanitatem corporalem, & meliorem dispositionem, ut conferat perfectam sanitatem, quam ut eam conferat tantum ex parte.

64.

An requiratur hic certa dispositio, sicut conferatur sanitas corporalis perfecta vel ex parte tantum.

Nam, ut bene notat Averla hic sect. 7. duplex potest esse modus hujus effectus; vel nempe integra & perfecta sanitas, reducendo infirmum ex mortis periculo ad statum pristinae valetudinis; & de hoc præsertim Concilia ac Theologi loquuntur; vel solum ex parte alleviatio quædam morbi, ut minorem molestiam ac dolorem ingerat, aut etiam brevem aliquam vitæ prolongationem admittat.

Averla

De quo modo possent quoque accipi illa verba Concil. *Morbi incommoda ac labores levius fert;* videlicet non solum intelligendo, quod hoc Sacramentum det vigorem animo ad fortius tolerandas morbi molestias, sed etiam det levamen corpori, minuendo easdem morbi molestias. Similiter potest optimè de hoc intelligi illud verbum Apostoli: *Alleviabit eum Dominus.* Et pium est credere, hunc effectum plerumque conferri, quâvis non reparetur integra sanitas, sed infirmus ex hac vita decedat. Ita hic Auctor.

65. Quomodo conferatur sanitas perfecta vel imperfecta.

A quo si quæras, quomodo per hoc Sacramentum conferatur illa sanitas perfecta vel imperfecta? Respondet dupliciter id posse fieri. Uno modo, quod Deus id præstet, præter vim & usum naturalium causarum & ciborum ac medicamentorum. Alio modo, quod juxta vim naturalium causarum Deus mittat in mentem agroti, aut medici, aut aliorum, qui illius curam habent, ut adhibeatur tale nutrimentum aut medicamentum, sive in manus veniat tale aptum remedium, ex quo deinde naturali ordine sanitas, vel morbi alleviatio consequatur.

Etenim quando precibus & Sacrificiis solemus pro infirmorum salute Sanctos & Deum rogare, solet pariter utroque modo Deus exaudire, & petita concedere: sic ergo etiam per virtutem hujus Sacramenti. Neque enim secundus modus arguit imbecillitatem potentiæ, sed suavitatem providentiæ. Neque primus modus arguit miraculum; quia hoc genus operationis & divinæ concessionis, cum annexum sit institutioni hujus Sacramenti, se habet per modum



operationis ordinaria & consueta : nec solet contingere per patentem & repentinam mutationem , sed latenter & successivè : quare in hoc non vocatur & non apparet miraculum. Hacenus Aversa.

Nec habeo , quod addam ; nam de tempore quo hoc Sacramentum confert suos effectus , pa-

ter ex dictis Sectione præced. Conclul. s. deriviviscencia autem vel potius non reviviscencia satis egimus Disp. 1. Sect. 6. Conclul. 4. Nunc ergo tempus est & locus exigit , ut de Ministro ejus & Subiecto disputemus. Et primo quidem de Ministro tamquam digniore , deinde de Subiecto. Erit itaque

SECTIO TERTIA.

De Ministro & Subiecto Extrema Vnctionis.

1. Quis sit minister & subiectum huius Sacramenti.

T Am ille , qui ministrare debet Sacramentum Extremæ Vnctionis , quàm qui suscipere , haud obcurè significatur in illis verbis Apostoli Iacobi cap. 5. v. 14. *Infirmatur quis in vobis ? Inducat Presbyteros Ecclesie &c.* Igitur Presbyter est , qui ministrare debet ; infirmus autem , qui suscipere. Et quidem Presbyterum posse ministrare , nemo dubitat. Quòd autem solus id possit , ostenditur sequenti Conclusionè , in ordine prima , sequentis tenoris :

CONCLUSIO I.

Minister necessitate Sacramenti est solus Sacerdos ; ex præcepto Ecclesie Parochus , vel ab eo delegatus.

2. Solus Sacerdos est minister huius Sacramenti , ex Scoto.

P Rimam partem docet Scotus 4. dist. 23. q. unica n. 5. ibi : *Quod autem sequitur : Minister à Sacerdote , exprimit ministerium idoneum , non solum quilibet exerceat , sed qui solus Sacramentum ministrat , ita quòd si alius attentaret , nihil facit ; sicut si non Sacerdos attentet conficere (Eucharistiam) nihil facit .* Determinatio autem huius ministerii habetur per illud Iac. 5. *Inducat Presbyteros.* Ita Doctor Subtilis.

Probatur ex Iac. 5.

Itemque ex Conc. Florent.

Eandem veritatem postmodum determinavit Concil. Florent. in Decreto Eugenii hisce verbis : *Minister huius Sacramenti est Sacerdos.* Non ait : *Minister ordinarius* (uti de ministro Confirmationis & Ordinis , qui duplex est , ordinarius Episcopus , extraordinarius simplex Sacerdos) sed simpliciter : *Minister* , nullà adhibitâ exceptione (quam , agens de Sacramento Baptismi , statim subiunxit , dicens : *In casu autem necessitatis , non solum Sacerdos vel Diaconus ; sed etiam laicus & mulier &c.*) ut significaret , solum Sacerdotem sic esse ministrum huius Sacramenti , sicuti est minister Eucharistie & Pœnitentiæ ;

id est , ut loquitur Scotus supra , ita , quòd si alius attentaret , sive in necessitate , sive extra necessitatem , nihil facit.

Concinit Concil. Trident. sess. 14. de hoc Sacram. c. 3. quod sic incipit : *Lam vero quatinet ad præscriptionem eorum , qui & suscipere , & ministrare hoc Sacramentum debent , haud obcurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditum : non ostenditur illic proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesie Presbyteros.*

Quia autem per ly *Presbyteros* Ecclesia intelligit Iac. Heretici intelligunt , ætate seniores , aut primores in populo ; ideo continuò ait Concil. *Quo nomine eo loco , non ætate seniores , aut primores in populo intelligendi veniunt ; sed aut Episcopi , aut Sacerdotes , ab ipsis ritè ordinati per impositionem manuum Presbyterii.*

Et can. 4. *Si quis dixerit , Presbyteros Ecclesie , quos B. Iac. adducendos esse ad infirmum magis horretur , non esse Sacerdotes , ab Episcopo ordinatos , sed ætate seniores in quavis communione , idè , proprium Extremæ Vnctionis ministrum non esse solum Sacerdotem , anathema sit.*

Itaque tametsi vox illa græcè *presbyteros* ambigua sit , & tam seniore ætate , quàm dignitate significare possit ; tamen secundum usum Scripturæ Testamenti novi & Ecclesie , non significat nisi Sacerdotes ; juxta illud 1. Timoth. 4. n. 14. *Noli negligere gratiam , qua in te est , qua data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii.*

Præterquam , quòd Iac. non dicit simpliciter : *Inducat Presbyteros* , sed : *Presbyteros Ecclesie* , id est , qui præsunt Ecclesie , qui ministrant hanc Ecclesie &c. Neque enim senes tantummodo Ecclesie præstare solent , sed etiam juvenes quales erant Timotheus & Titus.

Mirum profectò , si alius , præter Sacerdotem , aliquando validè conficiat hoc Sacramentum , Concilia jam allegata nihil minus significasse ; cùm tamen in Sacramento Baptismi tam signanter & expressè ejus meminissent , ut supra vidimus.

Similiter Doctor Angelicus , Doctor S...

Laicum non
posse mini-
strare Extre-
mum. Unctio est
sententia
D. Tho.

phicus, & plerique Alii, tam Antiquiores, quam Recentiores, cum unanimiter doceant, laicum posse ministrare, Baptismum in necessitate; tamen alium apud eos silentium de laico ministrante Extremam Unctionem; imò contrarium non obscure significat D. Th. in Suppl. q. 31. a. 1. ubi querens: utrum laicus possit hoc Sacramentum conferre? in corp. art. sic ait: Nullius Sacramenti dispensatio laico ex officio competit: sed quòd baptizare possunt in casu necessitatis, est divina dispositione factum, ut nulli regenerationis spiritalis facultas desit.

6.
R. D. Bonavent.

Et art. 2. in quo disputat; an Diaconi possint conferre hoc Sacramentum, negat id posse ex officio. Ad secundum autem argumentum sequentis tenoris: Dignus Sacramentum est Baptismus; sed Diaconi possunt baptizare ergo &c. Respondet; Quòd hoc Sacramentum non est necessitatis, sicut Baptismus. Unde non ita committitur dispensatio eius omnibus in articulo necessitatis; sed solum illis, quibus ex officio competit.

Ratio rationis

Consimiliter D. Bonav. 4. dist. 23. a. 2. q. 1. Dicendum, inquit, quòd huius Sacramenti dispensatio ex officio spectat ad Sacerdotes; & illud confirmat auctoritas & ratio. Quia dicitur: Inducatur Presbyteros &c. & orent super eum. Ratio (congruentia; nam à priori est voluntas instituentis) quia cum huius Sacramenti materia sit oleum consecratum, non debet administrari, nec contingi nisi ab eo, qui habet manus consecratas, & talis est Sacerdos: ideo non se extendit ad omnes.

Nec ad solos Episcopos; quia cum hoc sit Sacramentum periclitantium, qui non possunt adire Prelatos, sed magis è converso, oporteret multos perire, si à solis Episcopis dari deberet. Ideo disposuit Spiritus Sanctus, quòd unguentum non solum esset in capite, vel in barba Aaron: sed etiam descenderet usque in oram vestimenti, scilicet usque ad inferiores Sacerdotes.

Nec solum sumitur ratio à parte Unctionis, verum etiam à parte orationis. Quoniam enim officium meditationis Sacerdotibus competit, sicut competit offerre dona & sacrificia pro peccatis, nec solis Episcopis, nec etiam laicis: sic etiam dispensatio huius Sacramenti, cuius efficacia principaliter consistit in oratione fidei, cuius est Sacerdos minister de ratione sui officii.

7.
Obiecto.

Et infra ad illud, quòd obijcitur, quòd Extrema Unctio est Sacramentum eorum, qui luat in Extremo mortis articulo; sed talibus frequenter non potest subveniri per Sacerdotem: ergo viderit, quòd saltem per laicum eis subveniri possit: ad illud, inquam, respondet Doctor Seraphicus: Quòd devotio potest supplere absentiam Sacerdotis: & ideo non est necesse omnibus committi, maxime cum Sacerdos satis de facili possit adesse, nisi absit propter negligentiam infirmum.

8.
Alia obiectio diluitur.

Item ad exemplum S. Genovefæ, quæ inungebat oleo infirmos, & curabat eos, Resp. Quòd quidam absolunt merito, quidam ex officio. Sic intelligendum est in proposito. Unde sicut ad solos Sacerdotes pertinet absolvere (sacramentaliter) tamen viri sancti frequenter impetrant vita merito, quòd alii fa-

ciunt ex officio: sic & in unctioe intelligendum est.

Ergo sicut in nullo prorsus casu, tametsi alioquin infirmus deberet æternaliter perire, laicus potest validè absolvere sacramentaliter; ita quoque, ex sententia D. Bonavent. est infirmus posset salvari, si inungeretur, alioquin in æternum damnandus, equidem invalidè à laico inungeretur sacramentaliter.

Atque hæc est communis hodie sententia; quidquid olim docuerit Tho. Waldensis de Sacram. cap. 163. ubi, relatis verbis Bedæ; quibus explicat illud Apostoli Iac. c. 5. Et orent super eum (vide ea sect. 1. conclus. 2.) statim subiungit: Ecce non nisi oleo per Episcopum consecrato, inquit, unctio ista sacramentalis expletur, præfundans hoc in verbo Apostoli Iac. In nomine Domini.

Quod autem dicit, secundum Innocentium non solum hoc licere Presbyteris, sed & omnibus Christianis: ubi copia Sacerdotis omnino deest, intelligit. Sicut in Extremæ necessitatis articulo, Christiana licebit vetula baptizare. Alioquin mandatum observari oportet Apostoli, ut Presbyteri inducantur. Hæc ille.

Subjungo ego Epistolam Mart. V. ad præfatum Auctorem: Dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. Placuit primò nobis opus quod edideras contra Husitas Hereticos: teque sumus heretici, ut id quod restabat in materia de Sacramentis, simili persiceret studio & diligentia, quod te fecisse gaudemus, & tuum studium utile & salutare Ecclesie, commendamus. Recepimus enim nuper de manu dilecti filii Ioannis Ordinis B. Marie de Monte Carmelo, Magistri in sacra pagina, latotis presentium, volumen secundum de Sacramentis, quod per solennes viros videri & examinari fecimus, sicut primum, quod pariter fuit ab omnibus commendatum &c. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos sub annulo Piscatoris octavo die Augusti Pontificatus nostri anno decimo.

Nec dixeris; levem fuisse examinationem; nam ut habetur in principio istius tomi: Examinatio ista fieri cepit 15. Kal. Iulii, & duravit usque ad 10. Kal. Augusti, quo die presentabatur Papa, presentibus Cardinalibus Prelatis in consistorio, per commissarios Dominum N. Presbyterum Card. S. Petri ad vincula, & Dominum Bernardum Episcopum Cavellacensem Doctorem in Theologia.

Igitur hæc doctrina Waldensis inter cæteras examinata fuit & approbata, etiam à Sede Apostolica. Fundatur autem in Epist. 1. Innoc. Pontificis ad Decentium c. 8. ibi: Quo (oleo sacro) ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus; sed omnibus uti Christianis licet in sua, aut suorum necessitate inungendo.

Respondetur; Innocent. loqui de usu passivo, scilicet licere omnibus fidelibus uti passivè hoc oleo, vocando Presbyteros, qui se vel suos in necessitate ungant. Ita Ruard. a. 2. Ianf. in cap. 6. Mar. & ibidem Maldonatus, Bellarm. lib. 1. de hoc Sacramento c. 9. Cæsar Baronius

9.
Tho. Waldensis videtur oppositam docuisse sententiam.

10.
Epist. Mart. V. ad præfatum Auctorem.

11.
Occurrit objectionis.

12.
Explicantur verba Innoc. de usu passivo.

Doctrin. Waldensis fundatur in Epist. 1. Innoc.

10. 1.

Bellarm.
Baronius.
Suarius.
Dicasillo.

to. 1. Anno Christi 63. n. 14. quos citat & sequitur Suarius Disp. 43. Sect. 1. n. 6. in fine, & alii Recentiores communiter.

Si tamen aliquid (inquit Dicasillo hic n. 182.) vel suspicari vel conjectare licet in hac re, fortasse id dixit Innocentius; quia tunc temporis solebat aservari tale oleum non solum in Ecclesia, quasi in communi promptuario, sed etiam in particularibus domibus Sacerdotum; maxime illis temporibus, in quibus non erat ita facile habere tuta publica & communia templa. Docuit ergo Pontifex non ideo à Sacerdotibus peculiariter aservari illud oleum, ut illis solum deserviret, & non aliis; sed etiam omnibus Christianis, in sua, & suorum necessitate, liceret uti oleo sancto, ab Episcopo confecto. Hæc ille.

13.
Obiectio
contra il-
lam expli-
cationem.

Sed contra hanc expositionem obicitur: Pontifex verbis prælegatis immediatè subjungit: *Ceterum illud superfluum videmus adiectum, ut de Episcopo ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium est. Nemo autem ambigebat, Episcopis licitum esse Sacramentum suscipere. Ergo loquitur Innocent. de usu activo, & non passivo.*

Confirmatur
primò.

Confirmatur ex verbis subsequentiibus: *Nam idcirco de Presbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si Episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum, & benedicere & tangere Chrismate, sine cunctatione potest, cuius est ipsum Chrisma conficere. Ubi clarissime agitur de ministerio, seu usu activo.*

Secundò.

Confirmatur II. ex verbis præcedentibus: *Non est dubium (verba Iac.) de fidelibus ægotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto Oleo Chrismatis perungi possunt. Ecce hic agit de usu passivo; ergo quod sequitur: Quo, ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet &c. significat aliquid diversum: ergo ulum activum.*

Responsio.

Respondeo; significat, quòd per fideles ægotantes non debeant solum intelligi Sacerdotes; sed omnes Christiani.

14.
Replica.
Solvitur.

Sed contra, inquis; non poterat esse ullum dubium, quin omnes Christiani possent suscipere hoc Sacramentum. Respondeo; nec poterat esse ullum dubium, an Sacerdotes Episcopi possent ministrare hoc Sacramentum æquè, si non magis, quàm Sacerdotes non Episcopi; & tamen hoc fuerat à Pontifice quæsitum, & ad illud Pontifex respondet, ut patet ex objectione & prima confirmatione, quas lubens admitto; quia nihil contra communem sententiam, quæ solum contendit, Pontificem in verbis præcedentibus loqui de usu passivo, & non activo. In quo nulla est repugnantia, immo maxima convenientia; cum enim ibi Innoc. explicet verba Iac. Apostoli, & per consequens, naturam hujus Sacramenti, planè congruum fuit, ut non solum ministrum exprimeret, Sacerdotem utique Episcopum & non Episcopum, verum

etiam suscipientem, scilicet omnes Christianos.

Alioquin, si, ex mente illius Pontificis omnibus Christianis licet administrare hoc Sacramentum in sua, vel suorum necessitate, non solum ubi copia Sacerdotis omnino desit, sed etiam ubi copia Sacerdotum adest; non solum validè, sed & licet Christiana vetula iungat. Nam quòd ait: *Necessitate, idem est, quod, infirmitate; cum non faciat ullam mentionem copiam aut inopiam Sacerdotum.*

Præterea; quomodo omnibus Christianis licet uti activè oleo sacro in sua necessitate iungendo, cum certum sit, neminem illius posse administrare, non solum licet, sed etiam validè, hoc Sacramentum? Ergo non loquitur ibi Pontifex de usu activo, sed passivo tantum.

Nisi cum Aliquibus dicere velis; hic non agi de usu activo hujus olei, cum forma & intentione Sacramenti; sed de unctione extraliteramentali, quæ jam olim in Ecclesia usurpata fuit, & sæpius ad sanitatem corporalem mirabiliter valuit, ut patet ex Rufino lib. 11. Histor. Eccles. c. 4. Sulpitio Severo in vita S. Martini c. 21. & lib. 8. Hist. Tripart. c. 11.

De hac unctione explicat Innocentium Alphonsus de Castro advers. Hæres. lib. 14. verbo, *Vnct. Extrem. Sacramentum*, ubi sic ait: *Ubi Innocentii, ubi concedit omnibus Christianis, ut hoc oleo benedicto possint uti, in sua & suorum necessitate iungendo, sic intelligendum est; quòd permittitur cuilibet Christiano, in necessitate occurrente se aut alios illo oleo ungeri possit, si illum ad hoc faciendum oportet devota olei illius affectio, & ideo sperat ex illo salutem assequi posse. Non tamen est sic intelligendum, quòd quilibet Christianus, sic ungens illo oleo infirmum, conficiat Sacramentum unctionis; quia Papa non possit hoc concedere cuilibet Christiano, ut possit esse minister hujus Sacramenti, quod ex institutione christi à solo Sacerdote administrari potest. Quòd autem hoc solum concesserit Innocent. expressè Innocent. verbis, quæ proximè citavimus, facile colligi potest. Nam solum concessit, ut oleo ungerent; non autem, ut verba, quibus hoc Sacramentum conficitur, dicerent. Hæc usque Alphonsus. Sed prior expositio magis placet.*

Porrò observat Hesselius suprà c. 66. Waldensem deceptum fuisse per corruptum exemplar libelli de Rectitudine Catholice conversationis in Append. Tom. 9. D. Aug. In illius enim principio Waldensis ita legerat: *Oleum benedictum ab Ecclesia petat, unde corpus suum unget.* Emendatiora enim exemplaria habens, non, *ungat*, sed, *ungatur*. Ita Hesselius.

Si dixeris: Waldensis non citat istum libellum. Respondeo: citat ex quarta parte Sermonum, Sermonem 9. qui incipit: *Rogamus.* Quòd etiam est initium istius libelli. Et hæc parum

Sententia Waldensium est rejicienda.

parum refert, per quem libellum vel sermonem fuerit deceptus, dummodo revera fuerit deceptus.

Quapropter existimo; sententiam Waldensium, tamquam omnino singularem & auctoritate Innocentii ac D. August. desitutam, omnino esse rejiciendam, & prorsus acharendum communi sententiae, quae docet; Sacerdotem esse ministrum necessarium necessitate Sacramenti, ita ut nullo casu non Sacerdos possit valide hoc Sacramentum ministrare.

18. Ratio congruentiae sententiae communis.

Et quidem sic congruebat; ut qui solus est minister Poenitentiae, in qua remittuntur peccata post Baptismum commissa, etiam solus esset minister Extremae Unctionis, quae est consummativa Poenitentiae, per remissionem peccatorum post Baptismum commissorum; ut proinde contineatur potestas conferendi hoc Sacramentum in Sacerdotio, qua parte compleitur per potestatem remittendi peccata.

Accedit major & frequentior necessitas Poenitentiae ad salutem, quam Extremae Unctionis, quae ferè numquam absolute necessaria est. Si ergo, non obstante extremà necessitate infirmi, laicus nequit eum sacramentaliter absolvere à peccatis; quid miramur, si non possit in eadem necessitate valide eum inungere? Sanè si in illa necessitate posset, cur non etiam extra eam? Nonne quilibet extra necessitatem valide baptizat?

19. Cur potius quilibet possit baptizare, quam inungere.

Cur autem potius quilibet possit baptizare, quam inungere; Ratio à priori, voluntas insituta; congruentia, major & frequentior necessitas Baptismi, non solum praecipui, sed etiam medii; rarissima autem necessitas medii Extremae Unctionis, & venialis ad summum obligatio praecipui.

Ceterum, quia & hoc Sacramentum valde utile est, & Episcopi non possunt, propter diversas & multiplices occupationes, omnibus infirmis adesse; ne plurimi morerentur, absque interna unctione Spiritus Sancti, voluit Christus, non solum Episcopis, sed etiam cuilibet simplici Sacerdoti concedere potestatem valide inungendi; secus benedicendi oleum, aut confirmandi; quia haec facilius possunt fieri à solis Episcopis, ut patet.

20. Ad licitam Unctionem requiritur aliqua jurisdictio.

Dico: Valide inungendi; quia ad licitam unctionem, praeter Sacerdotium, requiritur aliqua jurisdictio, ut Ecclesia sit acies bene ordinata. Patet in ceteris Sacramentis, quorum licitus Minister est proprius Parochus vel Episcopus, aut ab eis delegatus. Matrimonium excipio, cujus Minister sunt ipsi contrahentes (quamquam non solum ut liceat, sed etiam ut valeat, requirit praesentiam proprii Parochi) & Eucharistiam, quam tamen quilibet Sacerdos licite possit consecrare, tamen sine licentia proprii Parochi non potest licite eam dispensare, seu distribuere.

Quid ergo mirum, si nec hoc Sacramentum quilibet Sacerdos possit licite ministrare, sed solus Parochus, vel ab eo delegatus? Non quoddam requiratur propriè dicta jurisdictio, qualis requiritur ad Sacramentum Poenitentiae; sic quippe absque ea etiam foret invalida unctio, sicut est invalida Absolutio, quod constat esse falsum; sed quia administratio hujus Sacramenti, sicut & aliorum; ob iustissimas causas Ecclesia per se annexit officio proprii Pastoris; proinde fit huic injuria, si alius quispiam, contra suam rationabilem voluntatem, illud ministraret.

21. Quid sit ista jurisdictio.

Itaque jurisdictio hic requisita, non est aliud, quam expressa, tacita, vel rationabiliter praesumpta licentia, de qua plura diximus Diss. 4. Secl. 12. Conclus. 1. ubi de licita dispensatione Eucharistiae. Porro rationabiliter hic praesumitur licentia, saltem Pontificis, quando proprius Parochus vel abest corpore, aut certè debita voluntate per se vel per alium administrandi, & est periculum in mora. Sicuti eodem casu praesumitur licentia administrandi infirmo Eucharistiam seu Viaticum; & habetur expressa licentia absolvendi sacramentaliter ab omnibus peccatis & censuris.

22. Habetur quando Parochus irrationabiliter renouit ministrare.

Estò enim Extrema Unctio non sit per se necessaria ad salutem, est tamen valde utilis; & fieri potest, ut hic & nunc (licet rarissimè, ut supra notavimus) ab eo pendeat salus aeterna, quando nimirum infirmus solum est attritus de peccatis mortalibus, & alio Sacramento non potest obtinere eorum remissionem. Quis autem crediderit, Ecclesiam, piam Matrem, quae omnes vult salvos fieri, exemplo Salvatoris nostri Dei, Qui (teste Apostolo 1. Timoth. 2. v. 4.) omnes homines vult salvos fieri; & ad agnitionem veritatis venire. Quis, inquam, crediderit, Ecclesiam velle patrocinari malitiae Pastoris, & filios suos remedio tam utili destitui? Ad quod etiam facit (inquit Herinex hic n. 30.) privilegium sive Declaratio Xysti IV. qui Minoribus concessit, ut Eucharistiam & Extremam Unctionem tali casu valeant ministrare iis, quorum Confessiones audierint: Haec ille.

1. Timoth. 2.

Gavantiis

At tamen, quia Pastor praesumitur bonus, ubi non constat de opposito, ex ordinatione Leonis X. Anno 1518. (teste Gavanto in Manuali Episcoporum verb. Ext. Unctio n. 1. & 2.) Extremae Unctionis & Viatici, aliaque Sacramenta non possunt dare Confessarii iis, quorum audierint Confessiones, licet ii dicant, sibi ea denegari à Parocho, nisi denegatio sit illegitima, & vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram Notario facta doceretur.

23. An etiam tunc Religiosi possint ministrare.

Addit idem Auctor n. 3. Religiosi non possunt ministrare hoc Sacramentum, nec etiam in necessitate, aliàs incidunt in Canonem Clem. Religiosi de Privil. Haec ille.

Clement. 1.
de Pœnit.

Subdo ego verba hujus Clementinæ: Religiosi, qui Clericis aut laicis Sacramentum Vinctiois Extrema, vel Eucharistia ministrare, Matrimoniiave solemnizare, non habita super his parochialis Presbyteri licentiâ speciali &c. præsumperint, excommunicationis incurrant sententiam ipso factò, per Sedem Apostolicam dumtaxat absolvendi.

Potro non præsumit, qui hæc Sacramenta administrat in necessitate, quando Parochus non potest, vel ex malitia non vult administrare (sicut nec ille, qui ministrat ex ignorantia, aut sub spe ratihabitionis) & ideo iudico, posse administrare hoc Sacramentum in necessitate; neque sollicitus sit de illo Canone, quia non intelligitur de tempore necessitatis; sed quando commodè potest hoc Sacramentum suscipi à Parocho. Ita cum Aliis, quos citat; docet Dia. p. 5. tract. 3. resol. 82. Aversa hinc Sec. 10. Herincx n. 30. & passim Recentiores, contra Syl. verb. Vinct. Extre. & D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 34.

Dia. Aversa.
Herincx.
Sylvester.
D. Antoninus.

24.
An Religiosus possit credere Parochiano, dicenti se habere licentiam.

Sed numquid (interrogat Gloss, ibi verb. Non habitata) credet Religiosus Parochiano dicenti, se habere talem licentiam? Videtur quod sic; per id, quod not. de Pœnit. dist. 6. Placuit, quia non est præsumendus immemor sue salutis 1. q. 7. Sancimus, de Homie. Significasti 2.

Sed contra; quia videmus in Sacramento Ordinis, cum datur à non suo Episcopo, quod ibi requiritur plena fides de licentiâ, & quandoque de causa, de Temp. Ord. c. 1. & 2. lib. 6. cum similibus. Item ista est quædam Absolutio facta per parochialem Presbyterum, super qua non creditur ei, qui se dicit absolutum, de Offic. Ord. Ex parte, de Sent. excom. Sicut. Idem si dicitur delegatio, de Offic. delegati. Cum in iure.

Sed potest ad primum responderi, illud speciale: quia Sacramentum Ordinis non datur propter recipientem tantum, immo propter alios; & ideo dicitur Sacramentum dignitatis 1. q. 1. §. Ergo & §. Ecce si Clericus, & facit quod not. de Coniug. serv. c. 1. in Gloss. 2. sed ista Sacramenta recipit quis propter seipsum. Ad secundo allegata respondetur, quod illa vera in foro contentioso, secus in penitentiâ. Hæc tamen Gloss. Quæ, cum non solvat argumenta primæ sententiæ, videtur ei subscribere, prout & nos subscribimus.

25.
An sufficiat licentiâ Parochi nondum Sacerdotis.

Quæritur præterea circa hanc Clement. an sufficiat licentiâ Parochi, qui nondum est Presbyter; putà quia est infra annum, vel dispensatum est cum ipso secundum formam Decreti: Cum ex eo de Elect. lib. 6. vel est parochialis Collegiata eod. tit. Statutum.

Responsio
Glossæ,
sufficere.

Respondet Gloss, ibi verb. Presbyteri, sufficere. Addit: Videtur etiam sufficere licentiâ Vicarii gerentis curam per modum prædi. decret. Cum ex eo, Facit infra de Pœnis, Cupientes. Puto etiam (persequitur) post factum à pœnis excusari illum, qui hoc fecit de auctoritate Diocesani. Facit de Pœnis, & remiss. c. 2. in fin. lib. 6. nam Diocesis est Parochia Episcopi, de Dona. Apostolicæ, in principio. & Episcopus Presbyter 95. dist. Olim, de

Pœnit. Cleric. c. 2. & facit, quod scripsi de Pœnit. & remiss. Omnis super verbo Proprio. & hoc eo iuris, quando vacat parochialis Ecclesia; sed quando non vacat ante factum, consulas abstinere: & ex licentiâ Episcopi vel Archiepiscopi Civitanensis hoc non fieri: licet ab illis recipi possint. Hæc Gloss.

Ego autem, si verum est (ut puto) Dicitur esse Parochiam Episcopi, nullam videtur rationem, quare ante factum, etiam quando non vacat parochialis Ecclesia, consulere debeam aliis abstinere; & consequenter ipse debeam abstinere, & non possum tutâ conscientia hoc facere ex licentiâ Episcopi. Et facit, quod alibi scripsi de licentiâ Episcopi vel Pontificis audiendi Confessiones, quæ omnino sufficiunt, absque licentiâ immediati Parochi, quodquid Gloss in cap. Omnis de Pœnit. & remiss. verbo Alieno Sacerdoti, in oppositum reclamat.

Nostriam sententiam docet Cajet. in Sum. verb. Excommunicatio, cap. 64. ibi: Notatur; quod licet appellatio parochialis Presbyteri non veniat communiter Episcopus, consuetudo tamen (quæ est optima legum interpretis) in hoc casu admittit, tam Episcopus, quam etiam Vicarium ejus, & Vicarium parochialis Presbyteri posse dare licentiâ, hæc sicut etiam admittit, Parochialem, qui non esset Presbyter, posse dare hanc licentiâ.

Aliam quætionem proponit hic Gloss, verb. Speciali. An hæc specialitas respiciat solum expressionem Sacramentorum; an etiam respiciat expressionem personarum; id est, an sufficiat quod Presbyter licentiet Religiosum, ut Parochianos suos possit inungere, & eis Eucharistiam præbere; an requiratur Parochianorum expressio, quibus hæc sunt præbenda. Item an sufficiat generalis licentiâ data Parochiano, quod possit illa recipere à quo vult Religiosus, an verò tali Religioso, vel Parochiano de tali Religioso, specialis licentiâ requiratur.

Respondet Gloss. Vi bene satisfit hinc licentiâ, confuso, quod de personis, & de conferentiâ, & impiente, & de Sacramentis fiat specificatio. Ad hoc de Sent. Excom. Constitutionem lib. 6. de Div. contu. c. 2. Crederem tamen, quod ex quo de Sacramento fit specificatio, licet non exprimat nomen Parochiani, cum datur licentiâ Religioso; vel nomen Religiosi, cum datur licentiâ Parochiano, evitetur penalis Facu de Temp. ord. c. 1. & de Off. Vic. c. ult. lib. 6.

Ego autem puto; quod & pœna, & pœnitentia evitetur, & dico cum Cajet. supra: Non est opus, quod licentiâ hæc ita sit specialis, ut oporteat scrupulum habere ex omniâ aliqua de articulatione; sed sufficit, quod ita sit specialis, quod æquivalet speciali. Et hoc semper est, quodcumque ex verbis licentiæ communiter intelligitur, concedentem dare hanc licentiâ, etiam si non nominarentur hæc Sacramenta in specie. Hæc ille. Sufficeret ergo generalis licentiâ administrandi omnia, quæ pertinent ad curam animarum, vel etiam omnia Sacramenta.

29. Notandum quoque cum Gloss. supra verbis. Religiosi: Hanc Constitutionem cum suis penis ita lo- cum habere in Religiosis, quod seculares Clericos non includat. Ita communiter DD. quia pena, utpote odiosa, non sunt extendenda, sed potius restringenda; porro seculares Clerici non veniunt in odiosis nomine Religiosorum; sicut nec Religiosi in odiosis nomine secularium Clericorum.

Religiosus administrans aliter Religiosum non incurrit penam. Et ideo Religiosus, administrans Religiosum hoc Sacramentum sine debita licentia, quamvis peccet, non tamen incurrit censuram; quia Clement. non loquitur nisi de Clericis & laicis, idque in favorem Parochorum: jam autem nullum fit praedictum Parocho in casu proposito, cum Religiosus ille non sit ipsius subditus seu parochianus; atque ut esset, tamen non est Clericus in stricta acceptione, neque laicus. Ita docet Portel verb. Sacram. administ. n. 3. Herinex hic n. 29. & Alii.

30. Praedictam vero excommunicationem incurrun- tur Regulares, etiam Praelati, etiam Parochus foret Religiosus ipsis subditus, ut ex Bordonno notat Averla supra. Patet; quia Praelatus venit nomine Religiosi, etiam in odiosis; & Parochus ille, quamvis Religiosus, tamen venit nomine Parocho, maxime in favorabilibus: ergo &c.

Ceterum, ut finem imponamus huic materiae, Clement. supra allegata §. ult. sic statuit: Sane Religiosis illis; quibus est ab Apostolica Sede concessum, ut familiaribus suis domesticis, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus, Sacramenta possint Ecclesiastica ministrare, nullum ex praemissis volumus quoad hoc praedictum generari.

Id autem concessit Nicol. Francus, Apostolicae Sedis in Hispaniis Nuncius cum potestate Legati a latere, Priori & Conventui S. Benedicti Vallisoletani, & Abbatibus & Prioribus totius Congregationis Anno 1476. dicens: Quod si qui infra septem Monasteriorum ipsorum infirmati fuerint, Extremam Unctionem dare auctoritate Apostolica, cuius Legationis officio fungimur in hac parte tenore praesentium plenariam & liberam concedimus facultatem, parochialis Presbyteri, vel alterius cuiuscumque Episcopi vel Superioris licentia vel assensu, nullatenus requisitis. Ita (teste Rodrig. tom. 3. qq. Reg. q. 79. art. 1.) habetur in lib. privilegiorum huius Sacrae Religionis impresso Vallisoletani Anno 1595.

Hanc eandem facultatem concesserat antea Martin. V. ut habetur in Comp. Privil. Mendic. tit. Familiares, ubi sic lego: Martin. V. concessit Monachis Sancti Benedicti, Obser. Hispania, ut Confessiones quorumcumque familiarium suorum tam laicorum, quam Regularium & secularium infra & extra septem suorum Monasteriorum commorantium audire, & pro eorum commissis debitam eis Absolutionem imponere: nec non dicitis familiaribus tam intra quam extra septem praesata commorantibus, Ecclesiastica Sacramenta quoties fuerit opportunum ministrare valeant.

Accedat privilegium Pii V. Bulla: Ad immarcescibilem. 31. apud Cherubinum, qua confirmat gratias & indulta Congreg. Clericorum Regularium Theatinorum, cum aliorum privilegiorum elargitione; ac inter caetera §. 17. concedit privilegium administrandi Sacramenta omnibus intra habitationes Congreg. existentibus, & etiam caeteris in casu necessitatis sub hac forma verborum: Et tam Praepositi, quam caeteri omnes Clerici Rome, Veneris, Neapoli, ac alias ubique locorum degentes, Congregationis huiusmodi nunc & pro tempore existentes, qui tamen Presbyteri fuerint, Eucharistia etiam pro Viatico, ac etiam constituti in articulo mortis, ac Extreme Unctionis caeteris Clericis, & Fratibus Congregationis huiusmodi, etiam mercenariis, famulis, operariis, & servis eorundem Congregationis, ac quibusvis hospitiis, etiam secularibus & extraneis, quos in locis vel habitationibus Congregationis huiusmodi tunc reperiri contigerit, etiam in mortis articulo, & quoties de illo dubitari contigerit, etiam Diocesani locorum & Sacerdotum curatorium quorumcumque, etiam in quorum Civitatibus & Diocesis, ac Ecclesiarum Parochiis respectivè, Ecclesia & loca ipsorum Congregationis nunc & pro tempore fuerint, aut aliorum quorumcumque licentia minime petita, nec obtemperata; & in casu, quo non daretur spatium petendi talem licentiam, propter repentinam necessitatem, etiam quibuscumque alius personis, quae in huiusmodi necessitate intra Ecclesias, Collegia, domos & habitationes Congregationis praedictorum reperiri contigerit, ac extra illa alius quibusvis infirmis etiam in mortis articulo constituti ubique in causa necessitatis praedictae, etiam nulla ad hoc per eos petita, nec eis concessa licentia cuiusvis Sacerdotis Curati, Penitentia (videtur omisum, & alia) Sacramenta Ecclesiastica ministrare possint.

Igitur ex multis Sedis Apostolicae privilegiis possunt Regulares Ecclesiastica Sacramenta ministrare familiaribus seu servitoribus, intra septem Monasterii existentibus sive commorantibus. Quod (inquit Herinex hic n. 30.) contradicente Portel & Aliis (quibus faverit usque) etiam ad commorantes extra septem extendit Bruno Chassaign part. 2. tr. 8. c. 3. propos. 1. ob privilegium generalius Mart. 5. quod allegat. Haec ille.

Sed placet audire ipsum Brunonem. Dicit propositio prima sic sonat: Sacerdotes Regulares possunt ministrare suis famulis, & hospitiis secularibus, in suis Monasteriis infirmantibus, Extreme Unctionis Sacramentum. Ubi nulla fit mentio de commorantibus extra septem.

Probat autem hanc suam propositionem ex dicta concessione Nicolai Franci; continud ei subiungens: Hanc eandem facultatem per Bullam verbis universalioribus, experimentibus ipsos familiares, antea concesserat Mart. 5. ut habetur in Compend. Privil. Mendic. tit. Familiares. in hunc modum: Concessit Monachis &c. Hanc eandem concesserat antea Car-

31. Privilegium Pii V.

32. Quid sentiat Bruno Chassaign. de hac materia. Herinex.

Portel. Herinex.

Incurrit Praelatus, etiam Parochus foret Religiosus.

30.

Religiosi possunt dare Extre. Unct. illis, qui in eorum Monasteriis in-

Robiger.

melitanis Alexander IV. & Minoritis Clemens IV.

Rodriguez.
Marcellus.
& S. Bened.
no.
Casarubius.

Et post pauca, allegato dicto privilegio Theatinorum, ita, inquit, tenent universaliter Rodrig. citatus, Marcellus à S. Bened. cui etiam sententiæ Calarubius subscripsisset, si privilegia, quæ dant hanc facultatem, vidisset. Quod similiter dicendum est de Portellio, qui est etiam contrariæ sententiæ quoad familiares verb. Sacrament. administ. §. 9. Hactenus Bruno.

33.
Quid sententia Portellii,

Quantum attinet ad Portellium, loco citato sic scribit: Servitoribus ac domesticis intrà Conventum degentibus, in morte & Paschate possunt Religiosi ministrare Eucharistiam & Extremam Unctionem & Confessionem. Comp. verb. *Familiares fratrum* §. 4. Idem intelligo de conjugato, qui nocte dormit extrà Conventum: huic enim poterunt eadem Sacramenta intrà Conventum ministrari, est enim commensalis continuus, Comp. cit. verb. §. 10. ex privilegio Benedictinorum. Ac de isto, si intrà Conventum sit in articulo mortis, cum semper ferè vixerit intrà Conventum, ac de stipendio illius, puto illi dandam esse à Fratribus Extremam Unctionem: secus si sit extrà Conventum. Hæc ille. Cui favet, ut bene notat Herinck, usus.

Herinck,

Cum autem consuetudo sit optima legum interpres, quidquid sit, an absolute liceat vel non liceat administrare hoc Sacramentum familiaribus extra Conventum; certum est, quod non expedit, ad conservandam pacem, & evitandum omne scandalum. Atque hæc satis de privilegiis Regularium in hac materia.

Sequitur alia difficultas, concernens omnes Sacerdotes; quæritur, inquam; an omnis Sacerdos sit validus Minister hujus Sacramenti, etiam excommunicatus non toleratus; & si sit validus, an etiam licitus, saltem quando alius haberi nequit. Responsio erit

CONCLUSIO II.

Sacerdos excommunicatus aut suspensus, etiam non toleratus, valide inungit; illicitè extra necessitatem.

34.
Sacerdos excommunicatus est validus Minister hujus Sacramenti.

Quod sit Minister validus, non videtur dubitandum; quàmvis enim requiratur jurisdictio aliqua in Ministro, attamen non omnino propriè dicta, qualis requiritur in Ministro Pœnitentiæ, ut antea dixi, sed latè dicta, qualis requiritur ad dispensandam Eucharistiam, ad baptizandum, confirmandum &c. sicuti ergo valet Baptismus, valet Confirmatio &c. absque ulla jurisdictione, etiam latè dicta;

ira quoque valet Extrema Unctio, ad quam necessitate Sacramenti requiritur solus Ordo sacerdotalis; veluti ad confectionem Eucharistiæ, quæ valida est à quocumque Sacerdote fiat, sive excommunicato, sive suspenso &c.

Alioquin in Clement. prius allegata, Religiosi, sine licentia Parochi administrantes hoc Sacramentum, non tantum debent excommunicari; sed Sacramentum sic collatum, debet irritum declarari, & iteratò possit suscipi novum Sacramentum, quæ omnia constat esse falsissima. Igitur de valore non est dubitandum.

Sed neque de illicito, ut sic loquit, in presentia alterius Sacerdotis, qui potest, & vult ministrare; quoniam per illas censuras prohibetur exercitium Ordinis, ut suppono ergo ministerium hujus Sacramenti, quod est exercitium Ordinis sacerdotalis.

Sed quid, si solus Parochus nominatim excommunicatus aut suspensus adsit, & nulliplex ministrat, infirmus sine hoc Sacramento certò certius morietur? Numquid saltem tunc, talis Parochus poterit ministrare?

Respondeo; si in aliquo casu foret hoc Sacramentum absolute necessarium ad æternam salutem, posse, imò debere ministrare; cum censuræ, quæ pro disciplina Ecclesiastica sunt institutæ, non debeant vergere in apertum detrimentum animarum. Itaque Ecclesia, pro Mente fidelium, non censetur tali casu velle prohibere illud ministerium; immo fortè nec potest prohibere, tamen vellet, cum illa prohibitio, ut dixi, potius cederet in destructionem animarum, quàm in ædificationem.

Sin autem non sit talis necessitas, quàmvis foret magna utilitas, sicuti semper est; nihilominus videri posset, non esse licitum ministrare; argum. cap. *Quod in te* 11. de Pœnit. & remiss. ibi: *Licet autem per generale interdictum negetur omnibus tam Unctio, quam Ecclesiastica spoliatura.*

Si Ecclesia neget Extremam Unctionem tempore interdicti, etiam his, qui non fuerint causa interdicti, qui, alioquin innocentes, à Ministro, etiam innocente, possent illud suscipere cum maxima utilitate spiritus, & fortè etiam corporis. Cur non possit magis prohibere ne infirmus, quàmvis alioquin innocens, à malo Ministro possit illud recipere, non obstante maxima ejus utilitate?

Possibilitatem video. Nec latet lex, quæ generaliter prohibetur tali excommunicato vel suspenso administratio Sacramentorum. Unde ergo probatur, quod Ecclesia dispense cum illo in Extrema Unctione? Et ideo Disp. 1. Sect. 8. Conclus. 3. non fui ausus illam licentiam concedere. Interim inveniuntur, qui eam audient concedere, & de facto concedunt.

Fortè veris est (inquit Præpositus hic n. 44.) quod docent Alii, scilicet licere etiam

doct licitum esse ministrare. eo casu nominatim excommunicato hoc Sacramentum ministrare: nam licet non sit ad salutem necessarium, est tamen maximè utile, & conducens ad remissionem venialium, & robur, contra diabolicos insultus maximè necessarium: ergo Ecclesia, quæ propter longè inferiorè utilitatem permittit commercium cum nominatim excommunicato, non censetur in nostro casu illud prohibere, & proinde licet Pastori in favorem alterius Sacramentum ministrare, Confir. id aliquo modo potest reduci in necessitatem.

Respondet ad rationem in contrarium allegatam, Respondet: de interdicto expressè statui; in nostro autem casu potius deduci contrarium, ex generali favore & communi sententia DD. qui tenent, propter magnam aliquam utilitatem licere communicare, etiam cum nominatim excommunicato. Ita Præpositus.

38. At verò Arriaga disp. 54. n. 6. Ad instantiam, inquit, ex interdicto, quæ nos valdè vexat, potest responderi primò: Interdictum maximè respicere personas, quæ suscepturæ sunt Sacramentum illud; ponitur enim in odium, ut sic dicam, ejus communitatis: & licet hic aut ille causam non dederit, lex tamen illa generalis noluit facere distinctionem ullam: at quando infirmus habet jus ad suscipiendum hoc Sacramentum, æquum fuit in gratiam ipsius facere facultatem Sacerdoti excommunicato, ne infirmi sentiant damnum ob culpam Ministri.

Secundò responderi potest; Nobis aliunde constare, etiam excommunicatum nominatim posse ob necessitatem tertie personæ administrare Sacramenta; nam Confessionem potest audire ejus, qui de vita peticitur, potest in multorum sententia Eucharistiam dare &c. ergo cum non sit expressa lex, quæ excipiat Extremam Unctionem ab hac regula; nam ab altera de interdicto, utpote in diverso casu loquente, non licet argumentum trahere ad nostrum casum (ut diximus) satis bene possumus inferre, etiam licere circa Extremam Unctionem. Hæc ille.

39. Sed contra secundam responsonem: quia aliunde constat, posse ministrari in extremis Sacramentum Pœnitentiæ & Eucharistiæ, ideo bene excipimus hæc duo Sacramenta à lege generaliter prohibente administrationem Sacramentorum: ergo cum aliunde non constet, posse ministrari Extremam Unctionem, malè eam excipimus ab illa generali lege.

Ad primam responsonem dico; sæpius contingere, ut propter culpam Ministri innocens patiatur damnum. Sic enim extra periculum mortis, non potest quispiam ab excommunicato vitando suscipere Sacramentum Pœnitentiæ vel Eucharistiæ; estò nullus alius sit præsens, qui possit legitime illa Sacramenta ministrare: censetur autem, hoc damnum esse leve? Forè aliquando gravius, quàm quòd patitur infirmus ex non administratâ Extremâ Unctio-

ne, quando priùs suscepit Pœnitentiæ & Eucharistiam.

Ex quo destruitur responso Præpositi; licet enim propter magnam utilitatem licitum sit communicare cum nominatim excommunicato, non tamen nisi in casibus, à jure expressis, vel communi DD. judicio receptis: non enim cujlibet est judicare, quæ aut qualis utilitas sufficiat ad illam communicationem; nam, sicut dixi, magna utilitas potest esse Sacramenti Pœnitentiæ aut Eucharistiæ, etiam extra periculum proximum mortis; & tamen, communi judicio, non ideo licet illa Sacramenta recipere.

Unde quod Præpositus supra dicit: Ecclesiam propter longè inferiorè utilitatem permittere commercium cum nominatim excommunicato; hoc, inquam, probandum oportuit, non suppositum, intelligendo commercium in rebus sacris, & maximè in administratione Sacramentorum; cum enim communicatio in rebus sacris prohibita sit sub culpa mortali, in civilibus autem sub veniali tantum; liquet profectò, minorem necessitatem posse excusare à peccato hujus communicationis, quàm illius. Expectabimus itaque à Præposito, vel alio quopiam, ejus defensore, longè inferiorè utilitatem, propter quam Ecclesia permittit commercium cum nominatim excommunicato in administratione Sacramentorum.

Interim noto; minus verum esse, quod dicit Arriaga sup. Suarium defendere sententiam Præpositi, & dicere, eam esse ex mente ferè omnium DD. Nam in primis to. 4. disp. 44. sect. 2. n. 6. sic ait: Dubitari secundò potest, an excommunicatus possit dare hoc Sacramentum propter necessitatem infirmi, quia aliàs sine illo morietur. Aliqui putant posse; quia non est verisimile, Ecclesiam voluisse hoc prohibere cum tanto discrimine infirmi. Verumtamen cum videamus, Ecclesiam non permittere dare vel accipere hoc Sacramentum tempore interdicti, verisimilius videtur, hoc etiam non permittere excommunicato.

Et to. 5. disp. 11. sect. 1. n. 23. Extrema Unctio, inquit, neque est per se medium necessarium, neque constat esse jure divino præceptam: semperque supponit pœnitentiæ & Absolutionem à peccatis, & ideo per se loquendo non conceditur interveniente censurâ in articulo mortis. Unde in dicto cap. Quod in de Pœnit. & remiss. dicitur, tempore interdicti generalis non esse dandam Extremam Unctionem: ergo nec dari potest, per se loquendo, à ministro excommunicato. Solum potest accidere casus, in quo infirmus sit incapax alterius Sacramenti, ut si nullum dedit Confessionis signum, & omni sensu ac motu privatus est, adeoque nec absolvi, nec communicari potest, tuncque dubitari potest, an Sacerdos excommunicatus possit tale Sacramentum ministrare.

40. Destruitur responso Præpositi

41. Arguitur Arriaga in eo quod ait, Suarium, docuisse sententiam Præpositi,

Et quàmvis DD. frequenter hoc non tractent, tamen ex generalibus principiis positis videtur concludendum, in eo casu id licere; quia moraliter loquendo, & secundum ea, quae frequentius accidunt, fieri potest, ut æterna salus illius hominis pendeat ex receptione illius Sacramenti; quia fortasse erat tantum attritus, & per illud Sacramentum fiet ex attrito contritus: ergo jam tunc revocatur ille casus ad articulum absolute necessitatis moralis. Hactenus Suarez.

42.
Sententia
Præpositi
non placet
plerisque
DD.

Si hoc sit defendere sententiam Præpositi, & dicere, eam esse ex mente ferè omnium DD. nescio, quid sit eam negare. Intellego autem Præpositum docere, licitum esse nominatim excommunicato; ministrare Unctionem infirmo, sine alia necessitate, quàm quòd sit defensus sine hoc Sacramento. De eo quippe casu controversitur, & sententia affirmans id licere non placet plerisque DD. Immo non invenio aliquem, qui eam in terminis doceat, præter Præpositum & Dianam part. 5. tractat. 3. res. sol. 81. ubi eum sequitur, nullo alio allegato Auctore in particulari.

Diana.

Quidem Præpositus ait: *Quod docent Alii*; sed qui sint illi Alii, non exprimit. Neque Diana aliquos exprimit præter Præpositum. Siquidem Trullenck in exposit. Bull. Cruc. l. 1. §. 3. dub. 7. n. 2. quem affert ibidem res. sol. 89. & sequitur, solum ait: In articulo mortis, quando aliud Sacramentum non est possibile, non est improbable, posse ministrari Extremam Unctionem, etiam ab excommunicato denunciato, & tempore interdicti; quia tunc videtur habere locum Sacramenti Pœnitentiæ, & potest facere de attrito contritum.

Quid doceat de hoc puncto Trullenck.

Quòd possit in eo casu à denunciato ministrari, docent Coninck 3. p. q. 64. a. 6. dub. 2. n. 48. & Avila de Cens. 2. p. c. 6. disput. 3. dub. 3. conclus. 4. Si autem à denunciato potest tunc ministrari, poterit etiam tempore interdicti, in quo potest Pœnitentia, cujus locum in eo casu Extrema Unctio tenere videtur; v. g. si postquam ostendit signa Contritionis, amisit ulum rationis, ob idque non potest confiteri, & jam jam moritur, videtur tunc posse illi etiam tempore interdicti ministrare Extremam Unctionem, quia tunc locum Pœnitentiæ habere censetur. Ita Trullenck teste Dian. supra.

Coninck, Avila.

43.
Iudicium
Auctoris de
eius doctrina.

Sed ego dico; tali casu posse infirmo administrari aliud Sacramentum, scilicet Pœnitentiæ; cum signa Contritionis, secundum communem sententiam, sint sufficiens Confessio; adeoque casus non est ad propositum; immo contradicit sibi ipsi dum ait: Ostendit signa Contritionis, & non potest confiteri, cum illa ostensio sit Confessio sufficiens pro illo articulo: ergo in tali casu non posset ministrari Extrema Unctio ab excommunicato denunciato, si verum est, quòd solum tunc

possit ministrari, quando aliud Sacramentum non est possibile.

Cumque etiam, secundum nostram & probabilem opinionem, sola vita Catholice aetate, maximè post peccatum, sit sufficiens Confessio pro illo articulo ad accipiendam Absolutionem; videri posset, quòd juxta communem sententiam rarissimè queat ministrari hoc Sacramentum ab excommunicato denunciato, aut etiam tempore interdicti.

Verum enimverò cum non adeo certum sit, Absolutionem illam valere, & longè certius, valere Sacramentum Extremæ Unctionis; fortè aliquis dicet, Ecclesiam non velle, ut infirmus decedat abique aliquo Sacramento, quo certius æternam vitam damnationem, aliquo fortè incurrendam. Et verò ideo concedit tempore interdicti Pœnitentiam, & Eucharistiam; & quàmvis neget Extremam Unctionem, non apparet, cur id non possit intelligi, ubi & quando aliud certius aut æquè certum Sacramentum est possibile.

In facti contingentia (inquit Dian. p. 1. tract. 4. res. sol. 171.) consulti, mortibundum sensibus desitutum, qui sacram Eucharistiam & Sacramentum Pœnitentiæ non poterat recipere, fuisse omnino inungendum, etiam non haberet Bullam Cruciatæ, & esset in civitate interdictum. Et hanc sententiam docet Zambrianus de casib. temp. mortis c. 5. dub. 7. ubi sic ait: Satis probabile est licet ministrari posse & debere Extremam Unctionem morienti carenti omni privilegio, etiam tempore interdicti, & maximè, si tunc careret sensu. Ita ille, qui multas rationes adducit, & citat Henriquez lib. 3. c. 10. n. 3. in Gloss. lit. 5. & multos Viros doctos à se consultos, Exiphe Ledesma ubi sup. etiam hanc sententiam probabilem putat.

Restat modò respondere ad argumentum Ledesma: dico igitur, quòd nec jura, nec Doctores loquuntur in casu nostro, cum negat tempore interdicti posse sine privilegio dari Extremam Unctionem; nam agunt de casu ordinario, in quo moriens recipit aliud Sacramentum, vel quando, licet non recipiat, potest tamen commodissimè adiri Iudex, qui posuit illud interdictum, ut tollat illud predicto casu: igitur nostram sententiam in favorem animarum omnino amplectendam esse puto, & illam Parochi, si casus occurrat, sine metu in praxi (me impellente & consulente) deducant. Hucusque Diana.

Ego quidem (inquit Arriaga supra n. 8.) sententem ob auctoritatem, censo etiam illam probabilem; stando tamen ratione, non videtur mihi sufficenter ad textum illum esse responsum, quia non est extraordinarius, sed valde ordinarius & frequens casus, infirmari aliquem repente, & fieri ita extra sensus, ut non possit confiteri, possit tamen accipere hoc Sacramentum.

& tamen sine ulla exceptione universaliter id prohibet Pontifex; non potest ergo explicari quasi per casum non prævisum ab ipso Pontifice.

Quod item dicebatur; intelligendam eam prohibitionem pro loco ubi abest Iudex, nec facile potest adiri, ut dispenset, mihi videtur difficile; quia aliquando imponitur interdictum in uno Episcopatu, ubi valde difficile est pro omnibus eo tempore graviter ægrotantibus adire Iudicem; sæpe item imponitur à Iudice absente: Pontifex autem absolute prohibet dari eo tempore hoc Sacramentum; ergo comprehendit omnes hos casus, nam lex quæ sine exceptione traditur, minimum comprehendit omnes casus ordinarios seu valde frequentes. Hæc ille.

46. Contra arguit Auctorem.

Sed, pace ejus, non dicit Diana, illam prohibitionem intelligendam pro loco, ubi abest Iudex, nec facile potest adiri, ut dispenset; sed è contra, pro loco, ubi adest Iudex, & facile potest adiri, ut dispenset; tali enim loco prohibetur Extrema Unctio, etiam quando aliud Sacramentum non potest suscipi; quia tunc nulla est omnino necessitas, suscipiendi hoc Sacramentum tempore interdicti, absque dispensatione.

Nec obstat: quod sapius ægrotus non possit commodè adire Iudicem, quia non sola absentia Iudicis excusat, sed insuper requiritur absentia & impossibilitas suscipiendi aliud Sacramentum, quæ impossibilitas non tam frequens est, ut sibi imaginatur Arriaga, cum ordinariè infirmi antequam inungantur, suscipiant Sacramentum Penitentiae & Eucharistiæ; & casus extraordinarius merito censeri possit, quod quis ita subito catarro obruatur, aut alio accidente moriatur, ut saltem non possit edere aliqua signa doloris, & ita sacramentaliter absolvi à peccatis. Itaque extraordinarius casus est, quod non possit facile adiri Iudex, & quod non possit infirmus suscipere aliud Sacramentum; quæ duo requiruntur secundùm Dianam supra, ut infirmo possit ministrari Extrema Unctio tempore interdicti.

47. Eius sententia.

Ego igitur non solum ob auctoritatem, sed etiam ob rationem, censeo hanc sententiam probabilem; & consequenter etiam illam quæ docet, in iisdem circumstantiis posse ministrari hoc Sacramentum à Parocho excommunicato, aut suspenso ab Ordine, etiam vitando.

Parochus solum taxatus suspensus à jurisdictione potest in defectum alterius ministrare Ext. Unct.

Dico: *suspensus ab Ordine*; quia si solum foret suspensus à jurisdictione, posset in defectum alterius eam ministrare infirmo, esset alia Sacramenta suscepisset; quoniam suspensio à jurisdictione solum prohibet actus, qui sunt intrinsecè jurisdictionis, id est, qui requirunt jurisdictionem propriè dictam, v.g. absolvere sacramentaliter, excommunicare &c. non verò qui sunt solius Ordinis, quàmvis requirant in Ministro jurisdictionem, ut licitè exercentur.

Unde tali casu non ministraret tamquam Pastor, sed tamquam simplex Sacerdos, qui in necessitate accipit licentiam ab Ecclesia.

Si autem quaeritur; an talis Parochus alteri possit dare licentiam administrandi? Summittat, inquit Suarez Disp. 44. Sect. 2. n. 5. communiter asserunt posse cum Palud. dist. 23. q. 2. in fine, Sylvest. verb. *Unct. Extr.* q. 4. & ferè Alii eodem verbo. Existimo tamen non posse per se loquendo; quia dare illam licentiam reverà est actus jurisdictionis, ut in simili dixi de Sacramento Penitentiae, contra eosdem Auctores. Dixi autem; *per se loquendo*; nam ex accidenti, propter necessitatem infirmi, ne sine hoc Sacramento moriatur, probabile est, posse id facere. Hæc ille.

48. An possit dare alteri licentiam administrandi. Suarez. Paludanus. Sylvest.

Sed contra facit; quod ipsa administratio Sacramenti non sit actus jurisdictionis propriè dictæ: ergo videtur, quod nec delegatio potestatis ministrandi (quæ solum est aliqua licentia Pastoris, qui, nisi impeditus, per se posset facere) sit actus jurisdictionis propriè dictæ, sed solum actus pastoralis officii, ut sic dicam. Cum ergo per excommunicationem, aut suspensionem à jurisdictione, non auferatur officium pastorale, sed solum impediatur, ne ipse Pastor per se istud exercent, videtur quod per alium id possit exercere; saltem in his, quæ non sunt intrinsecè jurisdictionis. Ac proinde licet concederemus, non posse eum delegare potestatem absolvendi sacramentaliter, adhuc non videtur sequi: ergo nec potest delegare seu dare licentiam administrandi Extremam Unctionem, licentiam baptizandi, distribuendi Eucharistiæ, assistendi Matrimonio &c.

49. Probatio sententiae affirmantis.

Ita docet Henriquez lib. 3. c. 13. n. 3. Parochus, inquit, licet sit excommunicatus nominatim, vel suspensus ab officio & jurisdictione, posset dare alteri Sacerdoti, etiam non exposito, licentiam unguendi: ut Episcopus potest approbare tamquam idoneos ministros pro officio audiendi Confessiones aut prædicandi: quia licentia hæc non est per se actus jurisdictionis, quàmvis non posset delegare jurisdictionem absolvendi. Hæc ille.

quam docet Henriquez.

Quid ergo faciendum, si, præter Pastorem excommunicatum vel suspensum, adsit Sacerdos non valens aliàs hoc Sacramentum ministrare? Respondetur: si tali casu Pastor posset dare licentiam, ea foret petenda. Sin minus, Ecclesia censetur eam concedere, ut docet Præpositus supra n. 45.

50. Pastor solum suspensus ab Ordine potest dare licentiam.

Certum autem est, Pastorem posse dare licentiam, non solum ad ministrandum hoc Sacramentum, sed etiam Sacramentum Penitentiae, si solum sit suspensus ab Ordine; quia hæc licentia non est actus Ordinis, sed jurisdictionis. Si ergo talis potest per se exercere actus jurisdictionis, etiam dare poterit alteri licentiam exercendi actus jurisdictionis sive propriè dictæ, ut est Absolutio sacramentalis, sive latè dictæ.

dictæ, quales sunt baptizare, distribuere Eucharistiam, administrare Extremam Unctionem, assistere Matrimonio &c.

Itaque sine licentia Parochi simplex Sacerdos sæcularis seu Regularis, non audeat extra necessitatem administrare hoc Sacramentum. De obligatione, quam habet Parochus administrandi; dicam infra, ubi de obligatione suscipiendi.

Impresensiarum quæro; an plures Sacerdotes simul, vel successivè, possint inungere eundem infirmum, in eadem infirmitate. Respondet:

CONCLUSIO III.

Ordinariè unus, in necessitate simul, & successivè plures possunt ministrare hoc Sacramentum eidem infirmo, in eadem infirmitate.

§ 1.
Probat. i.
pars Concl.
ex univer-
sali praxi.

Prima pars est communis, & satis probatur ex universali praxi Ecclesiæ Romanæ, quæ ordinariè non admittit, nisi unum Ministrum, simul inungentem, & proferentem verba essentialia formæ: *Per istam sanctam Unctionem &c.*

Ex quo patet; *ly Amen*, quod ponitur in Rit. Rom. in fine formæ, non esse verbum essentialia, cum non soleat proferri à Sacerdote inungente, nisi in defectum assistentis.

§ 2.
Quæ non
valet quod
unus Sacer-
dos inungat,
& alius pro-
ferat for-
mam?

Sed quare, inquis, non sufficit, quod unus Sacerdos inungat, & alius proferat formam? Nam forma deprecativa est, & verissimè unus potest orare, ut per actionem alterius Deus remittat infirmo peccata. Secus contingit in aliis Sacramentis, quorum forma est indicativa, & per consequens nequit verificari, nisi ille, qui dicit, v. g. *Ego te baptizo*, ipse propriis manibus, & non alienis abluat. Sed quid obstat, quod alio inungente, ego dicam: *Per istam sanctam Unctionem &c. indulgeat tibi Deus &c.* & verum dicam?

Responsio.

Respondeo; voluntas instituentis, quæ præcipua est in hoc puncto, & suo etiam modo ratio veritatis verborum; quippe qui alium movere vult aliquo obsequio, debet ipse adhibere illud, & propriis precibus voluntatem suam indicare: ergo qui unctione vult movere Deum ad remissionem peccatorum &c. ipse debet illam unctionem adhibere & propriâ prece illam suam voluntatem Deo intimare; unde habet se tunc, ac si diceret: *Per hanc Unctionem, quam ego facio, te rogo &c.* Sicuti dum Græci dicunt: *Baptizetur, seu, Baptizatur talis servus Christi*, subintelligitur, *manibus meis*.

§ 3.
Confirmat.

Confirmatur ex formis Veneta & Ambrosiana, in quibus dicitur: *Ungo te.*

Alioquin tam hæc forma baptismi: *Baptizatur &c.* potest esse vera, estò alius sit, qui abluat, quam ista: *Per istam sanctam Unctionem &c.* estò alius sit, qui inungat. Sicuti ergo dixi, præcipua, ne dicam sola, ratio hujus veritatis est voluntas Christi, quæ nobis constat ex perpetua & universali praxi Ecclesiæ tam Romanæ, quam Græcæ, à qua non est recedendum in re tanti momenti, à qua pendet valor Sacramenti.

Nec obstat; quod aliquando possit esse necessitas, v. g. si unus Sacerdos esset mutus, & alius caret manibus; nam eadem necessitas, & procul dubio major, potest occurrere in Sacramento Baptismi; & nihilominus communissima sententia requirit unicum Ministrum ad valorem Baptismi in quacumque necessitate.

Itaque in omnibus Sacramentis, quorum materia proxima est actio Ministri, semper idem est, qui proferat verba, & qui materiam applicat; nam materia proxima determinanda est per formam, ut cum ea unum Sacramentum constituat; hoc autem convenientissimè fit, quando eadem persona proferat formam, à qua fit actio. Et aliunde non est ulla ratio excipiendi hoc Sacramentum.

Immo includendum esse, colligitur ex verbis Jac. Apostoli. *Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum.* Orent, inquit, ungentes: ergo vult eundem esse, qui orat, & qui ungit; vult enim ut unguendo oret, & unget orando.

Minimè, inquis, sed vult ut unus Presbyter oret, & alter inungat, alioquin cur dicitur: *Inducat Presbyteros*, & non potius: *Inducat Presbyterum*? Ideo ergo Presbyteros requirit, ut liceat unus inungat, & alter oret.

Respondet, sensum illorum verborum esse, *Inducat unum ex Presbyteris*, ut dixi Sect. 1. Conclus. 1. ita ut plurale positum sit pro singulari; vel certe, ut ait Suarez hic Disp. 43. Sect. 1. n. 1. propter reverentiam vel solemnitatem Sacramenti positum est plurale illud, ut significaretur, Sacramentum hoc cum debita pompa & solemnitate esse deferendum. Hæc ille.

Et quàmvis ubique non observetur hæc solemnitas, id est, non deferatur hoc Sacramentum assistentibus seu concomitantibus pluribus Presbyteris; attamen S. Carolus Borromeus in Concilio Mediolanensi 4. tit. Quæ pertinent ad Extre. Unctionem, salubriter statuit: *Id Extremæ Unctionis Sacramentum ministratum, quot commodè potest, Presbyteros & Clericos adhibere studeat, superpelliceo indutus, qui ipsum & ministrantem & precantem, pietatis orationibus, in eo ministerio adjuvet.*

Appositè Hesselius supra cap. 66. Propeerea Jacobus de pluribus loquitur, quia in primitiva Ecclesia, Episcopus cum uno alterove Sacerdote, magna cum devotione & reverentia

accedebant ad infirmum, ut plurimum oratio magis ægroto subveniret. At nunc refrigerente multum charitate, perit etiam reverentia erga Dominica Sacramenta. Hoc attamen communiter etiamnum observatur, quod Sacerdotem comitentur aliquot amici & vicini infirmi; ut quò copiosior, eò fructuosior sit oratio.

Occurrit objectioni.

Nec movere quemquam debet; quod Iacobus dicat, plures ægrotum debere ungeri: quia omnes ungent, dum Sacerdoti ungenti, omnes cooperantur & approbant unctionem. Sicuti in Missa, omnes audientes, cum Sacerdote Christum Deo offerunt. Sicut etiam communiter loqui omnes dicuntur, quando unus pro omnibus, seu omnium nomine loquitur. Ac denique, non est inconveniens, quod cum plures adlunt Sacerdotes, unus unum membrum ungat, alius alterum &c. Hactenus Hesselius. Sed quomodo hoc sit intelligendum, statim edissero.

57. Apud Græcos lex Sacerdotum concurrens ad hoc Sacramentum.

Præmitto dumtaxat, quod notat Herinck hic n. 33. Apud Græcos quoque officium Extr. unctionis perficitur à Sacerdote, concurrentibus sex aliis Sacerdotibus, olim quidem ut assistentibus, ad multiplicandas preces cum unico inungente, nunc autem uno post alterum, cum interpositione quarundam ceremoniarum repetente totum Sacramentum. Quem quidem morem tentatis variis excusationibus esse ab usum, qui cum aliis quibusvis nœvis in ritus Græcorum irrepserit, suspiciatur Arcudius lib. 5. c. 6. contra interabilitatem hujus Sacramenti in eadem infirmitate. Quantumvis Iacobus Goar hunc morem fortiter ab abusu vindicet n. 37. allegans varia parùm concludentia. Neque ego video solidum fundamentum exculandi; suppositâ prædictâ interabilitate; nisi quis fortasse dicat, unctiones succedentium Sacerdotum cum precibus adjunctis, ex eorumdem intentione solum esse ceremoniales. Ita præfatus Auctor.

Hinc, ultra, &c.

Quidquid sit de hoc ritu Græcorum, non obstat is nostræ & communi sententiæ, de qua hic tractamus, sed potius eam probat, ut patet. Manet ergo ex praxi communi tam Ecclesiæ Romanæ, quàm Græcæ, eandem personam debere inungere, & sacramentaliter orare. An autem una debeat esse persona, quæ inungat omnes partes, an verò plures possint inungere, & simul sacramentaliter orare, unus unam partem, alius aliam partem, adhuc restat examinandum. Et quidem quod unus sufficiat, exprimitur satis in jure cap. Quæsit. 14. de verb. signif. ibi: Nos itaque tibi taliter duximus respondendum, quod Sacerdos uno præfente Clerico, & etiam solus potest infirmum ungeri. Ita Alex. III.

Cap. 14. de verb. signif.

Quin immo praxis Ecclesiæ Romanæ extra necessitatem non admittit plures, sed vult ab uno & eodem omnes unctiones perfici; licet enim, secundum nos, omnes sint essentialiter Sacramentum, tamen constituunt unum & idem completum & perfectum integraliter Sacramentum; veluti consecrationes Corporis & Sanguinis

58. Ecclesia Rom. extra necessitatem non admittit plures Ministros.

Christi, eisdem ambæ seorsim sint essentialiter Sacramentum, tamen simul conjunctæ constituunt unum integraliter Sacramentum; ergo sicuti hæc consecrationes extra necessitatem debent fieri ab uno & eodem Sacerdote seu Ministro, ita jure merito Ecclesia voluit, ut etiam omnes unctiones fierent ab uno & eodem Ministro, nisi aliud cogat necessitas, præsertim cum Plures doceant, singulas non esse essentialiter Sacramentum seu partialia Sacramenta, sed omnes esse unum Sacramentum etiam unitate indivisibilitatis. Immo Multi existunt, non esse validum Sacramentum, eo modo collatum. Unde indubie foret peccatum mortale, extra necessitatem eo modo conferre, quia contra præxim Ecclesiæ in materia notabili, ut patet.

59. In necessitate plures possunt inungere diversas partes, simul aut successivè.

Interim quod tempore necessitatis plures possint inungere, unus unam partem, alius aliam, simul ac successivè, docet etiâ praxis Ecclesiæ, & est communis sententia. Si ergo Minister deficiat, antequam perfecit omnes unctiones, potest alius succedere, qui unctiones omillas suppleat.

Ratio est manifesta, maxime in nostra sententia; quia alioquin Sacramentum maneret integraliter imperfectum, eò quod singulæ unctiones, cum suis proportionatis formulis, sint partes integrales unitis Sacramenti; hæc autem que suam proportionatam significationem ab aliis independentem, simili modo, quo consecratio Corporis & Sanguinis Christi.

Sicut ergo hæc in necessitate possunt, immo debent poni à diversis Ministris, ut Omnes admittunt, & Rubricæ expressè præscribunt, ne Sacramentum & Sacrificium maneat imperfectum; sic non apparet ullâ ratio; quare in casu proposito non possint illæ unctiones poni à diversis Ministris: veluti in artefactis, quàmvis non debeant partes integrales poni à diversis artificibus, equidem possunt poni.

60. Immo debent inungi.

Quin existimo, debere poni omnes unctiones; maxime, quia probabile est, singulas non esse essentialiter Sacramentum: ergo ne infirmus careat hoc Sacramento, ad quod habet jus, necessarium erit, ut alius Sacerdos perficiat restantes unctiones. Cumque habeat jus non solum ad essentialitatem Sacramenti, sed etiam ad ejus integritatem, & hæc erit necessariò ponenda in nostra sententia, ne alioquin careat partiali effectu, ad quem habet jus.

61. An Sacerdos succedens debeat repetere præcedentes unctiones.

Sicuti in Ordinatione, si unus Episcopus contulisset potestatem consecrandi, & antequam conferret potestatem absolvendi, deficeret, alius non solum posset, sed etiam deberet supplere, ne ordinatus careat hujusmodi potestate, ad quam habet jus.

62. Probatur à simili in Ordinatione.

Cæterum in sententia Aliorum, hæc res majorem patitur difficultatem; cum enim singulæ unctiones non sint partialia Sacramenta, videtur Sacerdos succedens non solum posse, sed etiam debere repetere omnes unctiones à principio. Sicuti, si unus protulisset mediam formam Baptismi cum ablutione, alius nec posset

quidem

quidem, multò minus deberet proferre aliam medietatem, sed deberet repetere totam formam, & iteratò abluere.

Hinc Mœratus to. 3. tract. de Extr. Unct. disp. 10. sect. 2. n. 8. observat (teste Dianâ p. 5. tr. 3. resol. 87) cum non sit certum, Sacramentum Extremæ Unct. sic à duobus ministratum, validum esse, si contingeret Sacerdotem, qui cepisset infirmum ungere, mori antequam omnes unctiões absolveret, alteri licitum esse unctiões à principio repetere, perinde atque si prior ille nihil earum inchoasset. Id Theologi docent communiter. Et ratio est; quia id infirmo multò est utilius, cum sic Sacramentum certissimè recipiat.

Fateor tamen S. Thomam in citata ad 3. responsione, videri sentire, id esse illicitum, & posteriori Sacerdoti esse progrediendum in eo, quod prior inchoavit, quod procul dubio intelligendum est, dum mora inter singulas unctiões, facta à duobus, interposita, tanta non esset, ut ob stare posset validitati Sacramenti, si perfectæ omnes ab uno fuissent. Hæc Mœratus.

Et verò quòd id sit illicitum, præter D. Thomam, docet Philippus Faber in 4. Sent. dist. 23. q. unic. disp. unic. c. 4. ubi sic ait: Differt Extrema Unctiō ab Eucharistia, quia si unus Sacerdos conficiat Corpus & non Sanguinem, posset alius Sacerdos perficere illud Sacramentum consecrando vinum tantum, quod ab alio ommissum fuerat; vel, incipiendo à principio consecrationis, sumere aliam hostiam, eamque consecrare, deinde consecrare Sanguinem, & perficere Sacramentum, ut observavit Sotus ex D. Th. dist. illa 23. a. 1. In Extrema autem Unctiōne, si unus Sacerdos faciat duas vel tres unctiões, & deficiat, alius non potest exordiri à capite, & ungere easdem partes; quia esset, ac si super eandem hostiam consecratam consecrationem repeteret, quod non est ullo modo faciendum; debet ergo persequi alias unctiões, quæ ommissæ fuerant. Ita Faber, ut refert Diana suprâ.

Quomodo ergo rectè Diana ad hanc questionem: An si Sacerdos ungerendo infirmum moriatur, possit alius perficere unctiões prætermissas? quomodo, inquam, verè respondet: Negativam sententiam docet Philippus Faber in 4. Sent. & c. cum aperitissimè doceat sententiam affirmativam?

Uti etiam clarè falsum est, quod, relatis his verbis Fabri, subjungit Dia. Sed contrarium docet Molfesius, Turrianus, Tannerus & Ochagavia de Sac. Ext. Unct. q. 8. n. 5. ubi ait: Validum est hoc Sacramentum, si aliquæ Unctiões cum suis formis correspondentibus fiant ab uno Sacerdote, & aliæ ab alio; quia ex eo quòd unus Sacerdos confecit priores unctiões cum suis formis, & posteriores non confecit, quia non potuit propter mortem suam, non debet infirmus privari hoc Sacramento: possunt ergo ab alio exhiberi, non repetendo primas unctiões, quia illæ fuerunt validæ, integræ, & completæ,

& non possunt repeti iterum; sicut neque hostia semel consecrata potest iterum consecrari: ergo ille alius Sacerdos, qui subsequitur, debet solius posteriores unctiões cum suis formis efficere.

Confirmatur; quia quod in aliis Sacramentis, Sacramentum inceptum ab uno Ministro, non potest consummari ab alio, ut in Baptismo &c. ex eo est, quia non consistunt in pluribus materiis & formis partialibus, sed in una tantum materia & forma; at hoc Sacramentum habet plures materias & formas parciales, licet quædam unctiões fiant ab uno Sacerdote, aliæ tamen possunt fieri ab alio Sacerdote. Sicut in Sacrificio Missæ, si Sacerdos moriatur post consecrationem hostiæ, alius Sacerdos debet consecrare calicem, & prosequi; & quidem extra calicem necessitatis grave peccatum committeretur eo modo dividendò unctiões, propter rationem suprâ allatam; in casu verò necessitatis nullum. Ita Ochag.

Numquid contrarium docet Phil. Faber? Licet proflus, quòd idem doceat ferè iisdem verbis. Igitur quandoque bonus dormitat Homerus, si non sapius Diana.

Sed ad rem ipsam venimus; ac in primis similitudo cum hostia semel consecrata, quæ non potest amplius consecrari, nimium videtur deducere in sententiam, quæ docet, singulas unctiões non conferre distinctum effectum; quia inquit Arriaga disp. 5. q. n. 13. in hostia supponitur jam Christus positus, ac proinde jam est factus, quidquid posset per secundam consecrationem fieri. At in casu proposito nihil adhuc factum est per eam unctiōnem. Melius ergo potest id persuaderi; quia cum in hoc Sacramento sint materiæ parciales, & quælibet habeat suam formam, non videtur esse ulla ratio, cur non possint unam cum sua forma fieri ab uno Sacerdote alteram ab altero. Hæc ille.

Et ante ipsum Doctor Seraph. 4. dist. 23. q. 4. ubi: Ad illud, quod queritur, si Sacerdos ungerendo infirmum sit initiandum? Dixerunt, quòd à partibus est implendum, quòd inchoatum est, pro eo quòd quilibet unctiō specialem habet formam, sicut patet à primis ordinariis: at tamen generaliter conveniunt in remissione peccati.

Si obijcitur, etiam in casu proposito per eam unctiōnem factum est, quidquid posset per secundam unctiōnem fieri; quia licet per eam unctiōnem nihil adhuc factum est, id est, adhuc nullus positus est effectus, sed ponendus est in ultima unctiōne ita per secundam unctiōnem nihil fiet, id est, nullus pro tunc ponetur effectus, sed in ultima unctiōne: ergo totum factum est per eam unctiōnem. quidquid fieri posset per secundam ad quid ergo multiplicatio istarum unctiōnum?

Respondeo; quia incertum est, an prima unctiō in casu proposito aliquid faciat in ultima unctiōne; certum autem est, quòd prima consecratio totum fecit, quòd alia potest facere addebatque certum est, quòd secunda consecratio nihil faciet; incertum autem, an secunda unctiō nihil faciet.

Id effectum docet Mœratus apud Dianam.

D. Thomas videtur sentire oppositum.

62. Uti etiam Philip. Fab.

Sent.

63. Similiter Molfesius, Turrianus, Tannerus & Ochagavia.

Quin immo certum videtur, quod aliquid faciet, est prima sufficeret; sicuti secunda & tertia ablutio aliquid facit, si precedant formam Baptismi, est prima sufficeret. Cur ergo non erit licitum secundam unctionem adhibere; immo cur non præceptum, ad evitandam omnem incertitudinem Sacramenti? Eo semper salvo, ut commodè adhiberi possit.

In illa ergo sententia, non video, quare hoc foret illicitum; immo quare non foret præceptum. Porro in nostra sententia, quæ docet per primam unctionem esse collatam partialem gratiam Sacramenti, res habet majorem difficultatem; & fortè Faber & Ochagavia secundum illum locuti sunt; cum enim jam tunc positus sit partialis effectus, & alius poni non possit per secundam unctionem ejusdem partis corporis (suppono quippe hoc Sacramentum esse ininterabile in eadem infirmitate) quæ duplici consecrationis ejusdem hostiæ, eadem omnino videtur esse ratio duplicis unctionis ejusdem partis corporis; ac proinde sicut illa est illicita, ita & hæc videtur esse illicita.

Interim, quia hæc sententia non est omnino certa, Sacerdos potest sequi sententiam probabilem contrariam, quod priores unctiones tunc sint nullius momenti. Deinde potest in dubio de valore præcedentis unctionis, repetere eam, addendo mentalem conditionem, uti in aliis Sacramentis in casu dubii. Quamvis enim non sit Sacramentum omnino necessarium, saltem communiter, tamen est valde utile, & appositio illa conditionis tollit omnem irreverentiam.

De cætero, quæ successivæ unctionis, eadem est ratio simultaneæ, si necessitas exigat eam sic fieri; v. g. si infirmus ad mortem sit vicinus, ut moraliter loquendo unus Sacerdos non possit omnes unctiones perficere, ne Sacramentum vel nullo modo administretur, vel saltem maneat integraliter imperfectum, videtur licitum plures adhibere Sacerdotes ut simul & semel unus unget oculos, alter manus &c. quilibet autem proferat debitam formam super unctionem à se factam: nam ea coexistentia est omnino per accidens, cum unus non impediatur alterum, nec aliunde inveniri possit ratio, quæ peccat ad valorem ejus Sacramenti successivam unctionem. Et ideo hanc sententiam docet Diana supra resol. 88. cum Præposito, Suario, Barbosa, Filliucio, Villalobos, & Viorello, quos citat.

Et quamvis ratio sit tanta necessitas, & vix contingat, ut simul adfint alii Sacerdotes parati, & ut unus non impediatur accessum alterius ad infirmum, ita ut fortasse citius unus posset omnes eas unctiones perficere, quam duo aut tres simul; nihilominus physicè non est casus impossibilis; aliquando enim contingit infirmum expirare ante perfectum hoc Sacramentum; ergo ex parte infirmi potest esse ea neces-

sitas, quod si unus Sacerdos sit ex una parte lecti, alter ex altera, sicut aliquando natum est fieri, possunt se non impediendo unus manus, alter oculos aut nares; tertius pedes simul tempore inungere. Atque hæc sufficiant de Ministro Extremæ unctionis; pauca subjicio de ejus Subjecto, atque in primis dico:

CONCLUSIO IV.

Inungendus solus fidelis infirmus, de cujus morte timetur.

Et sententia communis, etiam sic intellecta, ut Sacramentum aliàs, non solum sit illicitum, sed etiam invalidum.

Ratio à priori; voluntas instituentis, quæ colligitur partim ex verbis Jac. Apost. partim ex communi sensu & Traditione; multa quippe observat Ecclesia in administratione hujus Sacramenti, quæ non sunt scripta, sic patet ex dictis, & adhuc patebit ex dicendis.

Quod igitur solus fidelis sit inungendus, ostenditur ex illis verbis Jac. Apost. c. 5. *Infirmus quis in vobis? scilicet, qui estis fideles; nam sic incipit suam Epistolam: Iacobus Dei & Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. Omne gaudium existimate fratres mei &c. Quis ergo dubitet, eum scribere fidelibus? Et sane quid aliud significant illa verba: Inducat Presbyteros Ecclesie? Et ista: Oratio fidei salvabit infirmum?*

Quod probè intelligens Concil. Trident. sess. 14. de hoc Sacram. c. 1. ait: *Instituta est autem sacra hæc unctio infirmorum, tanquam verè & propriè Sacramentum novi Testamenti à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatam, per Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatam ac promulgatam. Fidelibus, inquam, id est, baptizatis, cum Baptismus sit janua Ecclesie & per consequens aliorum Sacramentorum, quæ sunt columnæ Ecclesie, ut suo loco diffusius probavimus, & ideo hic super sedeo.*

Tantum addo ex Trid. supra in proemio: *Hoc Sacramentum non modo Penitentia, sed etiam totius Christiana vita... consummativam existimatum est à Patribus. Et infra: Quem admodum (Redemptor noster) auxilia maxima in Sacramentis aliis preparavit, quibus Christiani conservare se integros dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possint, ita Extr. Vnct. Sacramento finem vite (Christianorum) tanquam firmissimo quodam præsidio munivit. Et quaeso, qui Christiani, nisi quos Christus D. lavacro Baptismi, sui corporis membra semel effecit?*

Supponit ergo Extrema Unctio vitam Christianam inchoatam in Baptismo. Supponit Sacram. Penitentia, quod nemo valde suscipit, nisi fidelis, id est baptizatus, cum (teste Trid. supra de Sacram. Penit. c. 2.) Ecclesia in nemi-

68. Probatio Concl. à priori.

Probatio ex Scripta Jac. V.

69. Et ex Concil. Trident.

70. Ext Unct. supponit vitam Christianam inchoatam per Baptismum.

66. Doctrina Fabii intel ligenda est juxta no stram sen tentiam.

67. Quæ successivæ unctio nis, eadem est ratio si multaneæ.

Diana Præpositi, Suario, Barbosa, Filliucio, Villalobos, Viorello

nem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. Si ergo Extrema Unctio est consummativa Sacramenti Pœnitentiæ, Ecclesia neminem sacramentaliter inungit, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus.

Dico; *Sacramentaliter*; quia ceremonialiter inungit Catechumenos, quos constat nondum esse baptizatos. Censes autem, quod in extremis conferret eis Sacramentum Extremæ Unctionis? Nolo id censeas, estò impossibilis foret Baptismus; sicuti etiam eos non absolveret à peccatis.

71. Sed numquid sicuti solus, ita omnis fidelis seu baptizatus inungendus est? Minimè, sed solus infirmus, ut dicitur in Conclusionem, & satis manifestè significatur apud Apost. Iac. ibi: *Infirmatur quis in vobis?* Non ergo mortuus inungendus, non sanus, sed infirmus. Ita Scotus 4. dist. 23. q. un. n. 3. ibi: *Subditur, Hominis infirmi, ideo non debet conferri sano.* Loquitur de hoc Sacramento.

Ac proinde unctio illa, quæ olim circa corpora fidelium defunctorum fieri solebat, ut ad sepulturam prepararentur, sinè dubio non erat hoc Sacramentum, neque aliud; cùm omnia sint instituta pro viatoribus, qui sunt capaces medicinæ, vel augmenti gratiæ, ut suo loco vidimus; sed ceremonia aliqua pia, fortasse ad imitationem eorum, quæ in lege veteri fieri solebant, & quæ circa corpus Christi Domini in Evangelio facta esse legimus.

72. Unde ulterius inferitur; quando dubium est, an fidelis verè sit mortuus, nec potest veritas omnino explorari, ac meritò timetur, ne dum exploratur veritas, moriatur, dari posse & debere hoc Sacramentum sub conditione, aut verbis expressâ, aut mente conceptâ: *Si non es mortuus.* Generale enim omnibus Sacramentis est, ut in casibus dubiis possint hoc modo ministrari: nam per adjunctam conditionem tollitur omne periculum, irrogandi injuriam Sacramento: & ministrando Sacramentum illo modo, vitatur omne periculum privandi proximam magno subsidio & remedio suæ salutis, cujus fortasse adhuc capax est; ideoque in hac doctrina omnes Summistæ & Theologi conveniunt. Ita Suarez hic Disp. 42. Sect. 1. n. 1.

Et expressè præscribitur in Rit. Rom. tit. de Sacra. Extre. Unct. his verbis: *Si quis laborat in extremis, & periculum imminet, ne decedat, antequam firmantur unctioes, citò ungetur, incipiendo ab eo loco: Per istam sanctam unctioem &c. Deinde si adhuc supervivat, dicantur orationes prætermissa. Si vero dum inungitur, infirmus decedat, Presbyter ultra non procedat, & prædictas orationes omittat. Quod si dabitur, an vivat, adhuc unctioem proseguatur, sub conditione pronuntiando formam dicens: Si vivis per istam sanctam unctioem &c.*

73. Ex altera verò parte, scilicet, quòd sani non sint inungendi, præter verba Iacobi, abundè pro-

bat universalis praxis Ecclesiæ Romane, quæ nunquam legitur, homini sano hoc Sacramentum administrasse.

Dico; *Ecclesiæ Romane*; etenim quidam Recentiores Græci (inquit Herinex hic n. 42.) notanter Simeon Thessalonicensis, affirmant; sanos quoque esse hujus Sacramenti capaces, idque de facto à plerisque istius nationis observari, testatur Petrus Arcudius lib. de Extrema Unct. c. 4. Immo in Euchologio Græcorum ipse Titulus habet: *Offitium olei peragendum in Ecclesia, vel in domo*, quasi nempe pro sanis in Ecclesia, pro infirmis in domo sit peragendum.

Sed Iacob. Goat. in Notis ad Off. Olei, id ita explicat, quòd gravior & desperatior infirmi ungantur domi: cùm apud Græcos ager plerique è plebe, aliorum manibus & ope illi deant se deferri ad Ecclesiam, ibique nonnumquam plurium dierum spatio in Catechumenis jaceant, & sacra tandem unctioe sibi reddidum exposcant.

Quòd autem adstantes completo Sacramento interdum petant ungi, etsi sani, vel tantùm leviter infirmi, idque ex devotione ad spiritualem benedictionem, vel etiam lenimentum doloris obrinendum; testatur idem Arcudius per unctioem merè ceremoniam, etiam ex mente Græcæ Ecclesiæ (quidquid Arcudius secus senserit) & intentione ipsorum Presbyterorum, etsi unctioe adhibentium similem orationem.

Eodem modo excusat alium ritum (quæ Arcudius arguit) quo totus orationum & unctioem apparatus suscipitur à gravi peccatore sano; vi pœnitentiæ impositæ; quòd scilicet etiam ex mente adhibentium, sit tantum quædam ceremoniale, valens ex opere operantis, ad spirituales infirmitates peccatoris curandas. Quamquam (ut addit) S. R. Ecclesiæ morem gerendo, sint potius Græci ab hac consuetudine deterrendi, ob periculum erroris, abusus, aut illeg. timæ intentionis. Hucusque Herinex.

Utrumque sit de Ecclesiâ Græca, certum est, Ecclesiam Latinam solum infirmum inungere; ita ut etiam neget hoc Sacramentum iniqui violentâ morte intereant, v. g. qui decapitantur vel suspenduntur, ut expressè statuitur in Rit. Rom. suprâ ibi: *Non ministrandum (Extrema Unctio) primum iniquis, aut peregrinationem, aut alia pericula sub-*

Unde ad exempla aliquorum Sanctorum in contrarium, responderetur, eos ulos fuisse hoc celebrare, aut alio similiter benedicto, ad paranda miracula, non autem per modum Sacramenti.

Audite Doctorem Seraphicum 4. dist. 23. q. 2. *Ad illud, quod obiicitur de his, qui tranant iustum bellum, dicendum; quòd est talis periculum in periculo mortis secundum fortunam, non tamen pericula naturam; Sacramenta autem Ecclesiæ*

Suarez.
Rit. Rom.

73.
Sanos non

non fortunam sequuntur, sed naturam respiciunt. Si tu obicias de illo, qui damnatus est per sententiam; dicendum, quod talis infamis est in facie Ecclesie; etiamsi secundum veritatem non habeat culpam: & sic patet ratio illa. Hæc S. Bona. Et Doct. Subtilis supra sic ait: Nec quatercumque exposto periculo mortis (debet conferri hoc Sacramentum) quia non ei, cui imminet mors ex periculo extrinseca violentia, ut armorum, vel submersiois vel huiusmodi.

76. Si autem à me quaeritur, an omnis infirmus sit inungendus. Responsio negativa patet ex Conclusionem; sed ille tantum, de cuius morte timeatur, ut in terminis docet Conc. Florent. in Decreto Eugenii ibi: Hoc Sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timeatur, dari non debet.

Et Trident. sess. 14. de hoc Sacram. cap. 3. ait: Declaratur etiam, esse hanc unionem infirmis adhibendam, illis vero presertim, qui tam periculo se decumbunt, ut in exitu vite constituti videantur: unde & Sacramentum executum nuncupatur.

77. Sed esto, dicit aliquis; non debeat hoc Sacramentum dari, nisi infirmo, de cuius morte timeatur, numquid saltem valet, quod alteri infirmo datum fuerit? Neque enim ly Debet, significat necessitatem Sacramenti; sed præcepti tantum. Adde, Conc. Trident. dicere: Illis vero presertim &c. quo significat, valide iis etiam conferri, qui non ita videntur esse in periculo mortis, dummodo alioqui graviter ægrotent.

Hanc sententiam docet Coninck hic n. 25. dicens: Et si, ut Sacramentum hoc licitè detur, requiratur, ut suscipiens bonâ fide credatur esse in periculo mortis; non tamen videri invalidum, si detur graviter quidem ægrotanti, tamen sine vero periculo mortis. Quia si requireretur ad essentiam Sacramenti, ut subesset verum periculum mortis, non posset hoc Sacramentum conferri, nisi agenti jam omnino animam; quia aliàs communiter dubius esset valor Sacramenti, quia communiter ferè dubium est, an verè subit periculum mortis.

78. Si reposueris; sufficere, ut bonâ fide credatur subesse. Respondet præfatus Auctor: Bonam fidem non supplere, quæ sunt essentialia Sacramento: quare si non valet Sacramentum, quando scitur ægrotum non esse in periculo mortis, neque valebit, si credatur in eo esse, si reverà non sit.

Regium sequitur Wiggers hic n. 3. ubi quaerit; an si morbus quidem sit, sed non ita gravis, utrum Sacramentum hoc haberet aliquem effectum; & Respondet: Si ægrotatio sit valde levis, verisimile est nihil effici, quia Apostolus & citata Concilia de gravi infirmitate loquuntur: si autem sit gravis, quàmvis non ita periculosa, probabile est, Sacramentum hoc fore validum; peccaret tamen, qui sciens sic vel conferret, vel susciperet; dicit enim Conc. Florent. non debere dari nisi infirmo, de cuius morte timeatur. Hæc ille

Sed nullum citat pro se Auctorem, uti nec Regius: adedque propter duos Auctores non est recedendum à communi sententia, quæ requirit non solum ad licitum, sed etiam ad validum Sacramentum, periculum seu timorem mortis. Alioquin cur non sufficiat quælibet infirmitas, etiam non gravis; neque enim Apostolus aliud videtur requirere, quàm infirmitatem.

Si respondeas in textu Græco ly Infirmatur, significat: Infirmitate deficit. Contrà, ait Arriaga Disp. 53. n. 46. ad faciendum dogma fidei, non est recurrendum; nisi ad vulgatam lectionem.

Addo ego (quia facilè Adversarii reponent, se non velle statueri dogma fidei) multos graviter ægrotare, qui tamen non ideo infirmitate deficiunt, ut sunt podagrici, calculosi & similes; vel si infirmitate deficiunt, & consequenter de illis loquitur Iacobus, cur Ecclesia prohibet, ut inducant Presbyteros, qui orent super eos, ungentes eos?

Ergo ly Infirmatur apud Iacob. intelligitur de omni infirmitate, etiam non gravi, vel de sola infirmitate, quæ habet adjunctum timorem mortis, ut illud interpretatur Conc. Florent. magis ex Traditione, quàm ex vi hujus verbi latini, aut etiam aliorum subsequenitum.

Nam quod aiunt quidam, ly Inducat, id est, advocet seu accersat, denotat gravem corporis afflictionem seu infirmitatem; quæ æger detineatur, quid tum? Nonne infirmitates supra enumeratæ tales sunt? Et tamen non habent adjunctum semper timorem mortis.

Et sanè si quis podagricum, aut calculosum, vel laborantem continuis febris sua oratione miraculosè liberasset, nonne de eo rectè diceretur: Oratio fidei salvavit infirmum, & Dominus alleviavit eum? Procul dubio, & tamen non erat, ut suppono, timor mortis.

Ergo præcisè ex illis verbis Apostoli non potest colligi necessitas timoris mortis, ut hoc Sacramentum vel licitè, vel validè administretur. Et tamen à Florent. requiritur, secundum Omnes, ad licitam administrationem. Cur non etiam ad validam? Nulla quippe apparet ratio, tam generaliter prohibendi Sacramentum validum; & privandi fideles magno fructu illius Sacramenti, tam spirituali, quàm subinde etiam corporali. Itaque Concil. Florent. edoctum à Spiritu sancto per continuum Traditionem, intellexit verba Iacobi de tali infirmitate, quæ habeat annexum timorem mortis. Ut etiam Doctor Subtilis supra dicens: Nec qualitercumque infirmo (debet dari hoc Sacramentum) sed periculose, ita quod probabiliter imminet sibi exitus de statu viatoris ad terminum.

Neque repugnat Concil. Tridentinum: quia plus est aliquem in exitu vitæ videri constitutum, quàm solum de ejus morte timeri. Unde non dicit Conc. illis præsertim adhibendam esse

79. Com multâ sententia docet, non valere Sacramentum nisi in periculo mortis

Arriaga

80. Quid significet ly Infirmatur apud Iacob

81. Præcisè ex illo verbo non potest colligi necessitas timoris mortis

82. Responsio ad Conc. Trident.

Solutio

Obiectio

Sententia Regii, valere hoc Sacramentum graviter ægrotanti, etiam periculo mortis.

Occurritur obiectio.

Regium sequitur Wiggers.



hanc unctionem, de quorum morte timetur; sed, illis *praesertim*, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vita constituti videantur; id est, quibus mors non tantum est in timore, sed quasi in conspectu; si forte non fuerit eis adhibita, quando solum erat timor mortis.

Addidit ergo Trident. *ly Praesertim*; ne videretur velle restringere id, quod antea dixerat Florentinum. Deinde, ut reprimeret calumniam Haereticorum, Tridentinum, quod jam jam morituris demus Sacramentum.

83.
Respondetur ad rationem Regii.

Ad rationem Regii supra in contrarium, Respondeo; non ideo communiter dubium esse valorem Sacramenti, quia communiter ferè dubium non est, an verè subsit periculum mortis, periculum, inquam, non physicum, sed morale, id est, communiter ferè non est dubium periculum mortis, quamvis dubia sit ipsa mors. Iam autem Concil. non requirit certitudinem mortis, sed, dumtaxat justum seu prudentem timorem mortis, ut licitè & validè possit hoc Sacramentum administrari & suscipi.

Atque ut hic & nunc aliquando invalidè defectu infirmitatis administraretur, quid tum? Non est Sacramentum necessitatis per se loquendo, sed tantum utilitatis; & facilius fieri potest, ut Sacramentum Pœnitentiæ, quod tamen necessitatis est, invalidè administraretur, defectu doloris supernaturalis, qui difficilius cognoscitur, quam periculum mortis; quis tamen propterea docet, sufficere dolorem naturalem?

84.
Rarissimè administratur hoc Sacramentum invalidè defectu infirmitatis.

Interim ut tanto minùs sit periculum invalidè administrandi Extremam Unctionem, quæ non potest iterari in eadem infirmitate, ut infra patebit, solent homines non adeò festinare, sed sapiùs (quamvis id non expediat, ut statim dicam) expectare, non solum certum periculum, sed etiam certam mortem, ut rarissimè invalidè administraretur hoc Sacramentum defectu sufficientis infirmitatis.

Sed numquid expedit usque ad ultimum articulum expectare, dum nulla ampliùs viget spes vitæ, & jam infirmus caret sensu & cognitione?

85.
Non expedit expectare usque ad ultimum articulum ex Catech. Rom.

Audiamus Catechif. Rom. p. 2. c. 6. q. 9. *Cum illi tantum, qui morbo laborant, curatione indigeant, idcirco is etiam, qui adeò periculose agrotare videntur, ut, ne supremus illis vita dies insiet, metuendum sit, hoc Sacramentum præberi debet. In quo tamen gravissimè peccant, qui illud tempus agroti ungeri observare solent, cum iam omni salutis spe amisâ, vitæ & sensibus carere incipiat; constat enim ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam plurimum valere, si agrotus, cum in eo adhuc integra mens & ratio viget, fidemq; & religiosam animi voluntatem asserere potest, sacro oleo liniatur.*

Quare Parochis animadvertendum est, ut eo possimum tempore caelestem medicinam adhibeant: illam quidem semper visâ admodum salutarem, cum eorum etiam pietate & religione, qui curandi sunt, ma-

gis profuturam intellexerint. Numquid magis profutura iis, qui naturaliter non possunt supervivere, sed certò morituri sunt; quam iis, quibus adhuc naturaliter loquendo superest aliqua spes vitæ?

Contrarium verissimum est; quia Deus non solet facere miracula in hoc Sacramento, id est, non solet per conspicuum miraculum restituere sanitatem corporalem naturaliter desperatam; sapiùs autem dum adhuc superest spes vitæ, restituit plenam sanitatem, inspirando media naturalia. Ergo gravissimè peccant, qui nolunt inungere agrotum, dum in eo adhuc integra mens & ratio viget, & dum adhuc superest spes aliqua vitæ; quia contra jus, quod habet, privant eum majori fructu spiritali, & forte toto fructu corporali.

Merito, inquit Herinx hic n. 41. redarguendus est abusus multorum, sive Parochorum, sive Medicorum, sive aliorum habentium curam infirmorum, qui illud tempus agroti ungeri studiosè observant, cum iam omni sanitatis spe amisâ, vitæ & sensibus carere incipit. Ex quo nascitur alius abusus intolerabilis, ut hoc saluberrimum Sacramentum, quod ad sanitatem restituendam secundario est institutum, à plurimis passim habeatur pro signo sanitatis desperatæ, & mortis infallibiliter secuturæ. Qui abusus deberet instructione etiam publicâ Concionatorum extirpari. Hinc peste laborantibus, aut iis, qui venenum mortiferum hiberunt, vel lethaliter vulnerati sunt, potest hoc Sacramentum statim ministrari; immo ordinariè expedit, etsi adhuc vegeti videantur. Ita hic Auctor.

Et Hæsielius supra c. 67. ad idem propositum sic scribit: Vult imprimis Iacobus, quod ipsemet agrotos, inducat Ecclesiæ Presbyteros, cum illisque Domini misericordiam precetur, ac magnâ devotione, ac reverentiâ, Unctionis ab illis Sacramentum accipiat. Deinde ex ista pessima hujus Sacramenti dilatione, magnæ in Deum, ejusque Sacramenta, sequuntur blasphemias. Putant enim quidam, diabolo suggerente, Extremam hanc Unctionem esse mortiferam, & adducere mortem potius, quam sanare, ideoque vehementer à Sacramento hoc deterrentur: & agrè admodum eis persuadent potest, ut id suscipiant.

Sed unde impia hæc & blasphema opinio illos invasit, nisi quia advertunt eos, qui Sacramento isthoc ungentur, ut plurimum interire? Domi nimirum tunc demum Sacramentum accipiunt, cum vivere ampliùs non possunt: cum ratione & intellectu omni privantur, animusque abest, quin animam exhalent, atque expirent? Certè non mirum est, quod tales, qui sic absque omni devotione, fide, & rationis, Unctionis Sacramentum accipiunt, non convalescant, neque ad sanitatem redeant.

88. Ex eadem radice prodit; quod aliqui dicant, se cum graviter etiam infirmantur, nolle tamen adhuc Unctionem suscipere, eod quod non possint, ut aiunt, postea condere testamentum, aut quidquam de rebus suis disponere. Ea enim invaluit apud multos opinio, quod illi, qui inuncti sunt, nullam habeant potestatem aliquid circa bona sua disponendi vel ordinandi: quia videlicet viderunt, quod illi qui inunguntur, parum aut nihil amplius sensus aut rationis habeant: quod nimirum tam sero unctio- nis Sacramentum susceperint, ut postea nihil cum intellectu aut iudicio facere possint. Et certe hoc experientia discimus. At verò tenendum est, nulla omnino iura prohibere, ne quis post susceptionem Unctionis testamentum faciat, aut quidquam de rebus suis ordinet: sed relinquatur homini tam liberum, Sacramento illo suscepto, quod voluerit de rebus suis facere, quam unquam antea. Nemo igitur per hæc inaniter terreatur. Hucusque Hesselius.

Finio verbis Rit. Rom. supra: *Extrema Unctio Sacramentum à Christo Domino institutum tanquam celestis medicina non anime solum, sed etiam corpori salutaris, omni studio ac diligentia periculosè egrotantibus adhibendum est; & eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens & ratio viger: ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro linuntur oleo. Et infra: Debet hoc Sacramentum infirmis præberi, qui cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur, & iis, qui præ senio deficiunt, & in diem videntur morituri, etiam sine alia infirmitate. Quoniam senectus ipsa morbus est.*

Sed quorsum additur illa particula, *Cum ad usum rationis pervenerint?* Attendite his, quæ dicentur Conclusionem sequenti, in ordine

CONCLUSIO V.

Non potest inungi infirmus, de quo nequit præsumi, quod aliquando peccaverit actualiter. Igitur neque puer carens usu rationis, neque perpetuò amens.

89. Consequencia hæc est evidens, quia neque de tali puero, neque de perpetuò amente præsumi potest, quod aliquando peccaverit actualiter, cum omne peccatum actuale essentialiter postulet usum rationis. *Vsq; aded enim peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium.* Aug. audistis lib. de vera Relig. cap. 14. Et voluntarium quomodo esse poterit sine usu rationis? Est

quippe voluntarium, quod procedit à voluntate ex prævia cognitione intellectiva.

Igitur de secunda parte Conclusionis non est dubitandum, suppositâ veritate primæ partis, quæ restat probanda, & non modicam patitur contradictionem. Interim quia videtur esse Scoti, ideo eam elegimus. Subscribo verba Scoti:

Quod additur, *Pœnitentis; parè; quia nullus est capax istius Sacramenti dignè, nisi sit in gratia: istud enim Sacramentum, non est remedium (per se & primum) acquirendi gratiam, quia ad hoc sunt tantum Baptismus & Pœnitentia. Et ex hoc excluduntur non utentes ratione, ut parvuli, & qui non habent materiam pœnitentia, sicut qui non habent pœnitentiam de venialibus, ut perfectè innocentes. Quia etiam non utentes ratione non possunt esse pœnitentes, excluduntur furiosi & amentes, & hoc nisi per voluntatem præcedentem expressam præsumantur illud velle.*

Ergo secundum Doctorem Subt. nullus est capax huius Sacramenti, nisi qui potest esse pœnitens; nemo autem potest proptèr esse pœnitens; nisi qui aliquando peccavit actualiter ergo &c.

Atque hæc sententiam docet Hiquæus in suo Comment. ad illum locum Scoti n. 14. & seq. Nugn. & Sylvius hic q. 32. a. 4. Sanctus in Select. Disp. 27. n. 18. Averfa hic Sect. 8. & quidam Alii. Eamque probabiliorè existimat Vasquez in 3. part. to. 2. disp. 119. c. 8. n. 74. dum probabiliorè existimat opinionem, quæ docet, B. Virginem non recepisse hoc Sacramentum; eod, inquit, quod neque forma huius Sacramenti verè super B. Virginem posset profèri, neque effectus primarius, ad quem hoc Sacramentum institutum fuit, & formâ ipsâ verborum significatur, in B. Virginem convenire posset.

Nam hoc Sacramentum, non solum contra peccata, sed etiam contra reliquias peccatorum primariè institutum est. Sunt autem reliquias peccatorum non pravi aliqui habitus, aut qualitates in homine existentes; sed fastidium, quod ex memoria peccatorum in ipsa ægritudine, & sine vitæ generari solet; sicut etiam ex ipso morbo. Hoc igitur Sacramentum confert auxilium gratiæ, ut corroboret infirmitatem nostram ex peccatis præteritis contractam, & ita ad eundem effectum inungimur, ut ita tentationibus demonis, quæ ex memoria illa peccatorum graviore esse solent, vehementius resistamus.

Quocirca ipsâ formâ verborum, non solum remissio culparum venialium, sed etiam reliquiarum peccatorum aliorum ad effectum, quem diximus, denotatur: & ita licet nobis constaret, aliquem nullam culpam venialem habere, sine mendacio aut falsitate hoc Sacramentum sub prædicta forma conferte possemus. Quare cum B. Virgo nullum peccatum commiserit, nescio

ric usum huius rationis.

Scoti

90.

Nullus est capax huius Sacramenti nisi qui potest esse pœnitens. Hiquæus, Nugn., Sylvius, Sanctus, Vasquez.

91.

Quid sint reliquias peccatorum.

Nullum jus prohibet, post susceptam Extremam Unctionem, facere testamentum.

Rit. Rom.

89. Peccatum est malum voluntarium ex D. Aug.

Voluntarium requiritur

nescio quo pacto hoc Sacramentum ei verè conferri poterit, aut contra venialia, quæ haberet, aut contra reliquias aliorum, quæ antea habuisset. Hactenus Vasquez.

92.
Probatur 1.
pars Concl.

Ex quo patet, præcipuum fundamentum Conclusionis nostræ, esse veritatem formæ, in qua fit mentio peccatorum: ergo sicuti non potest quisquam absolvi sacramentaliter, nisi aliquando peccaverit actualiter; quia in forma Absolutionis fit mentio peccatorum, saltem implicita, quæ proinde foret falsa respectu ejus, qui numquam peccasset actualiter; pari quoque ratione non potest quisquam inungi sacramentaliter, nisi aliquando peccaverit actualiter; quia in forma Unctionis fit mentio peccatorum, saltem implicita, quæ proinde foret falsa respectu ejus, qui numquam peccasset actualiter.

Dico: saltem implicita; propter formam Venetam & Ambrosianam, in quibus per ly *Aëreas potestates*, intelligi debet totum, quod in forma Latinorum importatur per illa verba: *Indulgeat tibi Deus &c.* nam debent aliquo modo æquivalere; adedque intelligi debent tentationes dæmonis, non simpliciter, sed quatenus sunt reliquæ peccatorum, immo & ipsa peccata. Nec ergo illæ formæ verificantur, nisi in subiecto, quod aliquando actualiter peccavit.

93.
Parvulis &
perpetuè
amentibus
non potest
conferri
hoc Sacra-
mentum.
Vasquez.

Quocirca (inquit Vasquez supra) parvulis & amentibus à nativitate, juxta omnium Theologorum sententiam, hoc Sacramentum conferri nequit. Atque, ut ego existimo, non ea de causa; quia ad hoc Sacramentum requiritur proprius consensus; siquidem hujusmodi homines verum recipiunt Sacramentum Baptismi, Confirmationis & effectum ipsum, sicut etiam Eucharistiæ; sed quia in his esse non possunt peccata venialia, aut reliquias aliorum peccatorum, contra quas hoc Sacramento corroborari possint & debeant. Cùm igitur B. Virgo, quod spectat ad peccata & reliquias peccatorum, fuerit innocens, veluti infans unius diei; conficitur planè, hujus Sacramenti capacem non fuisse, ac proinde neque illam ullo modo inungi decuisse. Hæc ille.

94.
Opposita
sententia
non est im-
probabilis,
pro qua ci-
tatur D. Bo-
nav. Sua-
rius, Villa-
lobos &
alii apud
Dianam.

Nihilominus contraria sententia etiam est probabilis, pro qua citatur D. Bonav. 4. dist. 23. p. 2. a. 1. q. 3. eamque amplectitur Suarius hic disp. 42. sect. 2. n. 8. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 10. diffic. 4. n. 7. & alii, quos citat & sequitur Dia. 3. p. tract. 4. resol. 181.

Sed quantum ad Doctorem Seraphicum, perperam citatur, meo judicio; atque imprimis illa dist. 23. non habet duas partes, sed tantum duos articulos. Deinde art. 2. q. 2. in qua disputatur de illis, quibus debet hoc Sacramentum ministrari, sic scribit S. Bonaventura:

Referuntur
verba Divi
Bonavent.

Dicendum; quòd hoc Sacramentum est principaliter ad venialia delenda, secundum quod possunt convenientem recipere affectum: & per hoc est in alleviationem animæ aggravatæ à corpore, corruptionem habente: & ideo istud Sacramentum debet dari

solis infirmis, qui peccare poterunt venialiter, & his prout sunt in articulo mortis: sic enim possunt à culpa veniali liberari convenienter, & justificari: & hoc invenitur in ipso Textu, status, inquam, infirmitatis. Et hoc est, quod dicitur: Infirmatur. Periculum in hoc quod dicitur: Quis, quasi deservire, & notabiliter & graviter: ita quod deficiat virtus naturæ & auxilium medicina. Discretio verò rationis in hoc, quod dicitur: Inducat Presbyteros. Et iterum in hoc, quod subinfert: Si in peccato fuerit, remittentur ei.

Et infra: Ad illud, quod obicitur; quòd aliter digent alleviatione, dicendum; quòd ad hoc principaliter Sacramentum istud non ordinatur, sicut patet in ipsa formæ, sed ad peccatorum remissionem, quæ per sensus exteriores perpetrata sunt: & ideo non datur infantibus nec naturaliter stultis.

Ergo secundum Doctorem Seraphicum, ideo non datur infantibus & naturaliter stultis Extrema Unctio, quia non habent peccata, quæ possunt per sensus exteriores perpetrata sunt: ergo non potest inungi infirmus, de quo nequit presbiter, quòd aliquando peccaverit actualiter: ergo potius ex illo loco pro nostra sententia, quam opposita allegandus; cùm nihil aliud ad hoc propositum habeat in tota illa distinctione.

Sed nunc examinemus fundamentum Sententiarum & Aliorum, qui nimis clarè docent hanc sententiam. Neque (inquit Suarez supra) ex verbis Jacobi, neque ex aliquo Concilio, nec ex forma vel materia hujus Sacramenti, neque ex fine ejus colligi potest necessitas hujus conditionis, & aliqui effectus primarius hujus Sacramenti optimè locum habet in eo, qui numquam actualiter peccavit: ergo & ipsum Sacramentum.

Major probatur quoad singulas partes; nam Iacobus solum dixit: *Si in peccato est, dimittitur ei*, quæ verba non supponunt necessariò peccatum, quia conditionalis nihil ponit in eis, sed ad summum supponunt possibilitatem peccandi. Concil. item Florent. & Trident. in hoc nihil addunt his, quæ Iac. explicavit.

Forma item juxta verba Iac. intelligenda est, scilicet conditionaliter seu potentialiter: *Indulgeat tibi Deus quicquid peccasti*, id est, Si quid peccasti, vel, quicquid solet per visum peccari &c. sicut supra dicebamus de illo, qui semper caruit aliquo sensu, per quem peccare non potuit.

Ex materia verò clarum est, nihil posse colligi: quia licet Unctio significet curationem spirituales, & hæc videatur animæ ægritudinem supponere, non tamen aliam necessariò, præter eam, quam homo lapsus ex se habet ad resurgendum tentationibus dæmonum, præcipuè in mortis articulo, & adjuncta debilitate corporis, ex morbo proveniente.

Unde neque ex fine aliquid colligitur: quia unus ex principalibus finibus hujus Sacramenti est roborare infirmum in eo articulo contra dæmonis insidias, & ungere athletam ad pugnam, hoc autem subsidio indiget, etiam ille homo, qui

qui numquam peccavit. Atque hæc ratione locum habet in hujusmodi homine auxilium hujus Sacramenti contra reliquias peccati; nam factis ad hoc sunt reliquie peccati originalis, quales sunt ipsa etiam corporis aegritudo, vel debilitas, vel etiam quilibet dolor aut tristitia; quæ possit hominem retardare à fervore devotionis & hilaritate meatis, in eo articulo maxime necessariis.

Minor autem principalis argumenti ex dictis probata relinquitur: quia ille etiam, qui numquam peccavit aequaliter, de se est debilis & infirmus ratione originalis peccati, reliquiarum ejus, & aegritudinis ad superandas dæmonis insidias: ergo non solum est capax proprii auxilii hujus Sacramenti, sed etiam illo maxime indiget; præterquam, quod gratiæ sanctificantis augmentum recipiet, & ad ingressum gloriæ perfectius præparabitur. Hucusque Suarez.

hoc Sacramentum ei, qui numquam peccavit. Objectio: Respondeo: est petitio principii; hoc enim est solvitur. quod quaeritur, & aliunde probari debet, saltem ex praxi Ecclesiæ; ut propterea debeamus verba formæ intelligere in sensu minus obvio. Atqui non probatur: ergo &c.

Immo, inquis, probatur vel maxime; nam si quis in gravi morbo, & sine vitæ constitutus, baptizetur & Viaticum suscipiat, potest & debet hoc Sacramentum illi ministrari, etiam si nullius peccati conscientiam post susceptum Baptismum habeat. Ita Suarius supra n. 9. Et Sancius in Select. supra n. 18. testatur ministratum fuisse Car. humeno Conventus Regalis Incarnationis Matritensis, mancipio Mahumetano, periculoso morbo decumbenti, Sacramentum Baptismi, Eucharistiæ & Extreme Unctionis successive, & immediate unum post aliud Anno 1620.

Planè testatur; sed audi, quid respondeat: Recens baptizato ministrari forsitan poterit; tum, quia exigua morâ intercedente inter Baptismum & Unctionem, aliqua forde veniali potuit inquinari. Et fortè recepit Baptismum, absque dispositione ad fructum requisita. Attritione verò existente, per Unctionis Sacramentum justificabitur; vel saltem esse ministrandum sub conditione docet Nuño to. de Pœnit. in addit. ad 3. p. q. 32. art. 4. fol. 117.

Hæc probabiliter à Doctoribus dicuntur. At ego recens baptizato Unctionem ministrandam non consulere, nisi novum post Baptismum peccatum admisisse constaret. Qui enim fieri potest, quod quis capax neutriquam sit Pœnitentiæ; & tamen sit Unctionis? Cùm utrumque circa peccata versetur, ut docet Nuño ubi supra conclus. 2. Ita Sancius.

Sed facile responderet Suarius; alio modo versari Pœnitentiæ circa peccata, alio modo Extremam Unctionem. In Sacramento enim Pœnitentiæ debet peccatum per Confessionem subdi Clavibus, & ita fit quodammodo præsens; quod non habet locum in hoc Sacramento. Deinde, peccatum actuale non est materia proxima vel remota hujus Sacramenti, sicuti Pœnitentiæ: ergo quævis non præcesserit, possunt applicari omnia essentialia ad hoc Sacramentum conficiendum.

Nec satisfacis dicendo: licet peccatum actuale non sit materia necessaria ratione sui, tamen est ratione reliquiarum. Respondetur enim à Suario supra n. 10. Primò, sufficere reliquias originalis peccati. Secundò, improprietatem esse locutionem illam; non enim minus ordinatur Baptismus contra ipsum originale peccatum, quàm Extrema Unctio contra reliquias ejus; immo illud certius est, & tamen nemo dicit originale peccatum esse materiam Baptismi, sed esse terminum à quo effectus Baptismi, vel esse malum, contra quod institutus est Baptismus: idem ergo erit in presenti.

M m m Unde,

98. Responsio ad illud fundamentum.

99. Nulla est ratio intelligendi gratiæ formæ conditionaler.

100.

101. Replias

Sancius.

Diluitis

102.

Alio modo versatur peccata alio modo Ext. Unctio.

103.

Occurrit objectioni à Suario.

Unde, sicut est capax Baptismi, qui non habet originale peccatum, ut patet maxime in his, qui sine voto illius iustificati fuerunt ante illius institutionem; immo etiam est capax illius, qui numquam illud in re habuit, de se tamen & ex vi suae originis erat illi obnoxius, ut B. Virgo; quia hoc satis est, ut sit capax gratiae, expulsiuae peccati originalis: ita esset capax huius Sacramenti, etiam si quis non haberet ulla reliquias originalis peccati, nec habuisset umquam ex privilegio: quia nihilominus esset capax gratiae & auxilii confortantis contra illas reliquias, & ex vi suae originis indigeret illa gratia, quod satis est. Et ita etiam applicari potest efficaciter forma: *Indulgeat tibi Deus &c.* id est, conferat tibi gratiam, ex se remittentem omnem culpam si adsit, & confortantem contra reliquias ejus, si necesse sit. Hæc ille.

104.
Contra quem arguitur primò.

Sed contra Primò; etiam parvuli & peccato amentes sunt capaces gratiae ex se remittentis omnem culpam, si adsit, & confortantem contra reliquias ejus, si necesse sit; immo de facto reliquias habent peccati originalis, scilicet infirmitatem corporalem, & per consequens capaces etiam sunt sanitatis corporalis, quæ aliquando per hoc Sacramentum confertur; cur ergo & ipsis non possit applicari efficaciter illa forma: *Indulgeat tibi Deus &c.*?

Secundò,

Secundò; disparitas est inter formam Baptismi & Extremæ Unctionis; quod in una, scilicet forma Baptismi, non fiat mentio peccatorum, sed tantum externæ ablutionis, quæ omnino verificari potest in eo, qui nullum omnino habet, aut habuit peccatum; in alia autem, scilicet forma Extremæ Unctionis, fiat mentio peccatorum, non tantum possibilem, sed actualium; cum nullus petat sibi vel aliis ignosci peccata tantum possibilem, sed actualia. Licet ergo peccata actualia non sint materia huius Sacramenti eo modo, quo sunt materia penitentiae; æquidem ut vera sit forma, essentialiter requiruntur in subiecto huius Sacramenti.

105.
Probabilius videtur, B. Virg. non recepisse Ext. Unct. Vasquez.

Et ideo putamus probabilius cum Vasq. supra, B. Virginem, etsi fuerit baptizata, ut impressum reciperet characterem Christianitatis, & redderetur capax aliorum Sacramentorum, fieretque membrum visibile Ecclesiae; æquidem non recepisse Extremam Unctionem, quæ non datur nisi in remissionem peccatorum, quibus ipsa caruit, & alleviationem per auxilia actualia, quæ Virgini non erat necessaria, cum non esset subdita tentationibus diaboli, neque molestiis morbi; ut proinde non fuerit necessaria ei Extrema Unctio ad alleviandam corporis ægrotudinem, quæ, si aliqua fuit, quando mortua est, ardentissimi amoris erga Deum effectus erat, ut mortua dici possit potius amore, quam morbo.

106.
An Extr.

Ceterum, licet alii homines, qui numquam actualiter peccassent, sive ante, sive post Ba-

ptisum, nihilominus, propter peccatum originale, subiecti forent tentationibus demonum, & molestiis morborum; non ideo tamen capaces huius Sacramenti, quod sicut institutum est ad remittenda sola peccata actualia (nam pro remissione peccati originalis institutum est Baptismus) ita etiam videtur solum institutum ad abstergendas reliquias peccatorum actualium; minimè autem peccati originalis. Probandum itaque manet Suario, sufficere reliquias peccati originalis, quod facilius, aut saltem æquè facile, negatur, atque asseritur.

Et negatio videtur esse Doct. Angel. 4. dist. 23. q. 2. a. 2. q. 4. ibi: *Ad primum ergo dicendum, quod non datur contra reliquias originalis peccati, nisi secundum quod sunt per actualia peccata quodammodo confortata: unde principaliter contra actualia peccata datur, ut ex ipsa forma patet, quæ non sunt in potestate.*

Ad secundum dicendum; quod infirmitates in peccatis non sunt ex peccato actuali causate, sicut in adultis: & contra illas præcipue infirmitates hoc Sacramentum datur, quæ sunt ex peccato causate, quasi peccati reliquias.

Sed numquid sufficiunt peccata actualia commissa ante Baptisum? Affirmat Averis hic seq. 8 §. *Secunda quoque Conclusio patet, cum Aliis quos citat; videturque, inquit, conformis praxi, quamvis raro occurrat.* Quod raro occurrit, verissimum est, & quando occurrit, tunc adhuc dubium est, an post Baptisum non fuerit commissum aliquod peccatum veniale, ut supra dicebat Sanctus in Select. Et forte sic hi prædicant, sunt in sententia Suarii, qui nullum peccatum requirit. Igitur ex illa praxi nihil efficaciter probatur.

Ratione ergo suadet suam sententiam Averis: quia in eo, qui peccavit ante Baptisum, satis verificantur verba formæ, & concurrent alia, quæ sunt de ratione huius Sacramenti. Ac præsertim in eo considerari adhuc possunt reliquias illorum peccatorum: per Baptisum enim tollitur quidem totus reatus peccati, quæ luenda esset in alia vita, sed adhuc in baptizatis remanent poenales huius vite, & alie reliquie, quæ antea dixit fuit; & ita in eis optime potest habere locum primarius effectus huius Sacramenti. Et quando de facto illi, qui susceperunt in adulta ætate Baptisum, post aliquod tempus deveniunt in mortis articulum, hoc Sacramentum illis prodest; non solum contra reliquias peccatorum, denuo commissorum post Baptisum, sed simul etiam antea commissorum: quia ex omnibus potest orti molestia & perturbatio in illo articulo, & potest adhuc extare debilitas, ex illis contracta. Hucusque Averis.

Sed pari ratione, dicit aliquis, facile potuisset suadere, sufficere etiam solum peccatum originale, & reliquias ipsius, quæ permanent, eo remisso per Baptisum quoad culpam & poenam; nam etiam ex illo peccato potest orti molestia.

molestia & perturbatio in illo articulo, & potest adhuc extare debilitas, ex illo contracta. Et aliunde Extrema Unctio non est instituta magis ad delenda peccata actualia ante Baptismum commissa, quam ad delendum peccatum originale. Cur ergo in eo, qui solum peccavit originaliter, minus poterint verificari verba formae, & alia concurrere, quae sunt de ratione hujus Sacramenti; quam in eo, qui solum peccavit actualiter ante Baptismum?

Respondetur, quia verba formae significant peccatum actuale: *Quidquid deliquisti per visum, auditum &c.* Quis autem dubitet, an delictum per visum, auditum &c. debeat intelligi actuale? Siquidem originale propagatione transfusum omnibus, inest unicuique proprium.

Prorsus, inquis, intelligitur peccatum actuale, sed commissum post Baptismum; de hoc enim solo possunt fideles sacramentaliter confiteri & absolvi; jam autem Extrema Unctio est consummativa Sacramenti Pœnitentiæ: ergo solum remittit peccata & abstergit reliquias peccatorum, quæ sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ.

Respondet Aversa suprâ §. *Nec obstat.* Debet quidem (Extrema Unctio) ut fortiatum effectum, consequi post Pœnitentiam, quia non prodest nisi peccata sint per veram Pœnitentiam retractata: sed Pœnitentia non exercetur solum in proprio Confessionis Sacramento, verum aliis etiam actibus, ut notum est. Immo in ipso Baptismo adultorum, qui actualiter peccaverunt, debet intervenire Pœnitentia, ut suo loco dictum est. Quare optimè Conc. Trident. non dixit, hoc Sacramentum Unctionis esse Consummativum Sacramenti Pœnitentiæ, sed simpliciter, Pœnitentiæ. Et adjecit: *Totius Christianæ vitæ, quæ perpetua Pœnitentiæ esse debet, consummativum existimatum est à Patribus.*

Verè tamen hæc sacra Unctio non valet remittere quoad culpam peccata commissa ante Baptismum, sicut interdum remittit commissa post Baptismum. Quia nimirum nullum aliud Sacramentum valet sine Baptismo: & non solum caret effectu, sed est prorsus invalidum. Quare qui non est baptizatus, nullatenus potest hoc Sacramento jvari; qui autem baptizatus est; jam per ipsum Baptismum justificatus est à peccatis, vel in eodem actu, si erat dispositus; vel saltem postea per Contritionem aut Attritionem removens obiceta. At bene poterit hæc sacra Unctio delere reliquias eorumdem peccatorum, quæ jam in se per ipsum Baptismum erant deleta. Hactenus Aversa.

Sed videtur petere principium; nam queritur, quare potius possit abstergere reliquias eorumdem peccatorum, quam ipsa peccata delere, cum Conc. Trident. nullam faciat distinctionem, sed simpliciter dicat: *Unctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergetur.* Ergo illa delicta seu peccata remittit,

quorum abstergit reliquias; si remissa sint; & illorum tantum peccatorum abstergit reliquias, quæ remittit, si remissa non sint.

Atque hæc videtur probabilior sententia; & per consequens probabilis videtur, non esse administrandum Sacramentum ei, qui post Baptismum certò certius non commisit ullum peccatum, vel saltem veniale; ne alioquin forma sit falsa, quæ, sicut dixi, absoluta est; & non conditionata; estò alioquin, de aliquo ex quinque sensibus posset subintelligi conditio: *Si deliquisti*; ut sensus sit: *Si per visum deliquisti, id quod deliquisti.* Interim inter sensus indefinitè debet absolute verificari: ita ut conditio ad summum cadat super hunc vel illum sensum disjunctivè; non autem simpliciter super peccata: nempe quasi dicatur; si per visum deliquisti, id quod deliquisti; & sic de singulis. Deinde supponi merito potest, moraliter loquendo, hominem habentem sensum; per eum deliquisse; & ideo absolute potest proferri forma, estò fieri possit, quòd sit falsa; & per consequens Sacramentum ex illa parte invalidum.

Sed quid si non habeat visum v. g. vel auditum? Respondent aliqui, omittendam esse unctionem & formam correspondentem. Sed contrarium præscribitur in Rit. Rom. ut suprâ vidimus. Et ideo cum Doctore Seraphico suprâ q. 3. dici posset: *Cæci libenter vellent videre, & surdi auditum desiderant, quàmvis non audiant; & ideo rectè debent in talibus membris (aut partibus locis illis proximis) inungi; quia per talia membra aut peccaverunt; aut peccare voluerunt; saltem veniali appetitu.*

Quæ cum ita sint, persisto in Conclusionem; & dico rursus, neminem esse inungendum, de quo præsumi non potest, quòd aliquando actualiter peccaverit, saltem ante Baptismum; quod tamen de omni præsumi potest, qui aliquando usus fuit ratione.

Rectè ad propositum nostrum Catechismi Rom. p. 2. c. 6. q. 9. *Omnes qui rationis usu carent, ad hoc Sacramentum suscipiendum apti non sunt; & pueri, qui nulla peccata admittunt, quorum reliquias sanare huius Sacramenti remedio opus sit, amentes item & furiosi; nisi interdum rationis usum haberent, & eo potissimum tempore pie animi significationem darent, peterent; ut sacro oleo ungerentur: nam qui ab ipso ortu nunquam mentis & rationis compos fuit, ungens non est: secus verò si agrotus, cum mente adhuc integrâ huius Sacramenti particeps fieri voluisset, postea in insaniam & furorē incidit.*

Similiter loquitur Rit. Rom. Tit. de Sacram. Extreme Unctionis ibi: *Infirmis qui duntaxat sanâ mente & integris sensibus essent, illud petierunt, seu verisimiliter petissent, seu dederunt signa contritionis, etiamsi deinde loquelam amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirarent aut non sentiant, & nihilominus præbeat*

Non est ministrandum hoc Sacramentum ei, qui post Baptismum nullum certò peccatum commisit.

112. Quid si infirmus non habeat visum vel auditum?

113. Quinam inungi debeant ex Catechismo Rom.

& Rit. Rom.

Solvitur.

110. Replicata.

Solvitur.

111. Videtur esse petitio principii.



Sed si infirmus, dum phrenesi aut amentia laborat, versimiliter posset quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omnino. Impenitentibus vero & qui in manifesto peccato mortali moriuntur, & excommunicatis & nondum baptizatis penitus denegatur. Non ministraretur etiam pueris rationis usum non habentibus, utpote (ut supra Catechismus) qui nulla peccata admittunt.

114.
Explicatur
aliqua veter-
ba Scoti.

Ex his quisque festinè cognoscat, quomodo intelligendus sit Scotus, circa principium Conclusionis allegatus, quando dicit: Quia etiam non utentes ratione non possunt esse penitentes, excluduntur furiosi & amentes, & hoc nisi per voluntatem precedentem expressam presumantur illud velle.

Ubi per, *Expressam voluntatem*, non intelligit explicitam petitionem; sic enim non solum presumuntur illud velle, sed potius scirentur illud velle. Quid ergo intelligit? Voluntatem expressam Christianè vivendi, & per consequens moriendi, in qua voluntate implicite continetur voluntas suscipiendi hoc Sacramentum in articulo mortis.

Enimverò cum ex hoc Sacramento nullum redundet onus in suscipientem, nec mutetur per hoc ejus status, veluti per Matrimonium & Ordinem; sed maximum commodum, absque ullo incommodo, inde infirmo proveniat; ut patet ex ejus effectibus, supra explicatis: unusquisque qui Christianè vixit, maxime per susceptionem aliorum Sacramentorum, presumitur in extremis velle illud Sacramentum, si forte, morbo preoccupatus, non possit explicitè id petere.

Si quis autem, immediatè ante amissum usum rationis, dixisset; se nolle ullo modo hoc Sacramentum suscipere, sive in hac voluntate peccaverit mortaliter, sive non, de quo infra disputabimus, certum est, quòd tunc invalidè illud conferretur; adedque nec posset, multò minus deberet dari. Patet ex dictis disp. 1. sect. 8. conclus. 1. ad quam remitto Lectorem.

115.
An requirant in suscipiente hoc Sacramentum actualis devotio ex D. Tho.

Solum hic noto, quòd videatur Doctor Angel. 4. dist. 23. q. 2. a. 2. q. 3. & 4. requirere actualem devotionem in suscipiente hoc Sacramentum. Ad tertiam, inquit, questionem dicendum; quòd ad effectum huius Sacramenti percipiendum, plurimum valet devotio suscipientis &c. Et ideo illis, qui non possunt recognoscere & cum devotione suscipere hoc Sacramentum, dari non debet; & precipuè furiosis & amentibus, qui possunt irreverentiam Sacramento per aliquam immunditiam facere, nisi haberent lucida intervalla, in quibus Sacramenta recognoscerent, & sic eis conferri in statu illo possent.

Et infra: Ad quartam questionem dicendum; quòd hoc Sacramentum exigit actualem devotionem in suscipiente, sicut & Eucharistia: unde sicut Eucharistia non debet dari pueris, ita nec hoc Sacramentum.

Ut ut sit de mente D. Tho. quam hic non examino, sed suis Sectatoribus examinandam

relinquo; sufficit nobis communis praxis, conformis Rit. Rom. ut absque ullo scrupulo Sacramentum hoc administremus etiam illis, qui amentes effecti sunt, vel delirant, aut non sentiunt, dummodo absit periculum irreverentiae, & adsit status gratiae.

Cum enim Extrema Unctio sit Sacramentum vivorum, si infirmus habeat mortalis peccati conscientiam, praemittat Confessionem licet quippe omnia Sacramenta, excepta Eucharistia, ut suo loco diximus, suscipi possint cum sola contritione charitate perfecta; eadem quia in periculo mortis obligat praecipuum Confessionis, aequum est, ut praemittatur ante hoc Sacramentum; quàmvis alioquin non sit omnino necessarium, dummodo postea velit & possit confiteri. Interim communiter sic praestatur, maxime cum soleat prius ministrari infirmo Eucharistia, ad quam praerogatur Confessio. De quo ordine ministrandi haec Sacramenta, statim latius disputo.

Praemitto hoc Corollarium: Si quis in mortali actuali existens incidat in amentiam, aut sensus ita amittat, ut non possit praesumere, habuisse saltem Attritionem, non debet ei conferri hoc Sacramentum; quia est planè eo indignus, & sine ulla utilitate ei conferretur.

Sed numquid sufficit, quòd praesumatur attritus? Etenim si quis sciat se tantum esse attritum, non potest licitè suscipere hoc Sacramentum; ergo neque Sacerdos, sciens alterum esse nisi attritum, poterit ei illud conferre.

Respondet Arriaga disp. 53. n. 41. Consequenter, quia ipse suscipiens tenetur esse contritionem; et Sacerdos conferens Sacramentum, si jam non possit melius dispo- nentem, cum eo ipso cesset in infirmo obligatio majoris dispositionis, poterit tunc illud ei conferre, quando videt, aut probabiliter suspicatur, infirmum habere illam dispositionem, quae est sufficiens ad hoc, ut illud Sacramentum gratiam causet, & eum hominem liberet ab aeterna damnatione. Haec ille.

Ego autem dico; Sacerdotem tali casu probabiliter posse prius infirmum absolvere à peccatis, & consequenter debere ipsum absolvi, per quam Absolutionem ex attrito, ut communiter loquuntur Theologi, fiet contritus, &que, secundum nostram sententiam, multo casu moraliter loquendo poterit, multò minus debet hoc Sacramentum administrari infirmo solum attrito.

Sed numquid aliquando poterit administrari solum contrito, sine praevia Confessione, aut acceptione Viatici? Responso erit.

CONCLUSIO VI.

Ex generali Ecclesie consuetudine observandum est, ut si tempus & infirmi conditio permittat, ante Extremam Unctionem, Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta infirmis præbeantur.

animo confitendi horâ opportuniori; præsertim si confessus quidem antea fuerat, sed postea alia de novo confitenda occurrant.

Item convenientius est, regulariter loquendo, præmittere Communionem ante Unctionem. Patet ex ipso usu. Patet ex ipso nomine Unctionis Extremæ, quasi scilicet extremi remedi & ultimi subsidii, quod ad salutem animæ exhibetur. Unde etiam gravius vitæ delictum & morti propinquius expectatur ad præbendam Unctionem, quam Viaticum. Et sine dubio aliqua admiratio oriretur in populo, si viderent quempiam infirmum, absque legitima causa prius ungi, quam communicari. Quæ omnia suadere videntur, non vacare veniali culpâ, consuetum ordinem ex mero arbitrio invertere.

Facile tamen occurrere potest rationabilis causa, ut præmittatur Unctio, non suscepto Viatico. Si enim quis repentino casu oppressus destituitur sensibus, debet utique ungi, quamvis ei non præbeatur Viaticum. Si æger deglutire non possit, vel vomitu provocetur, debet ungi, quamvis non communicari. Quod si postea in firmus ad se redeat, vel usum deglutendi ac retinendi recuperet, debet accipere Viaticum. Immo in quibusdam locis publicis peccatoribus aut peccatricibus, ad mortis articulum devenientibus, non conceditur sacra Communio, sed bene sacra Unctio. Potest etiam contingere aliqua occasio, quâ commo- dius & promptius sit, aliquem prius ungi, quam communicari, & tunc convenienter & absque ullo scrupulo sic fieri potest. Hactenus Aversa.

Juxta hæc ad illas auctoritates, pro posteriori parte adductas, dicendum est; iis solum ostendi, posse quidem præberi sacram Unctionem ante Viaticum, & interdum ex rationabili causa ita convenire: aut forte aliquo tempore & loco sic fuisse consuetum, nunc tamen nusquam sic servatur. Ut omittam, Canonem illum: *Ab infirmis*; non esse alicujus Concilii aut Pontificis; sed Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, qui statuta sanctorum Patrum non refert ad illum ordinem Unctionis ante Communionem, sed simpliciter ad sumptionem Eucharistiæ in periculo mortis, aut certe ad susceptionem utriusque Sacramenti, sive hoc, sive alio ordine, de quo ibi non erat disputatio.

Ad perpetuam consuetudinem, quam allegant pro priori parte Catechismus Rom. & Rit. Rom. Responder Suarez disp. 44. sect. 1. n. 8 vel referendam esse ad solum Sacramentum Pœnitentiæ, quia ratio Catechismi non aliud probat; nam conscientia peccati mortalis non tollitur per Eucharistiâ, sed per Pœnitentiâ. Vel certe intelligi posse de Eucharistiâ, ut absolute cibus animæ est, non ut Viaticum. Vel de communi consuetudine Ecclesie Romanæ aut Catholicæ majori ex parte, non verò de omnibus eius provinciis vel regionibus. Et hoc; in-

M m m 3 quæ

118. Sunt verba Rit. Rom. Tit. de Sacram. Extr. Unct. Consonat Catechis. Rom. p. 2. c. 6. q. 12. ibi: Quoniam omni studio curari oportet, ne quid Sacramenti gratiam impediatur; ei vero nihil magis adversatur, quam alicuius peccati mortiferi conscientia: servanda est Catholica Ecclesie perpetua consuetudo; ut ante Extremam Unctionem, Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramentum administraretur. Et ita in praxi servatur.

119. De hac controversia placet nobis sententia Aversæ hinc sect. 9. ubi sic ait: In hac re satis constat, non cadere certum ordinem sub gravem obligationem inter Extremam Unctionem, & alia duo dicta Sacramenta. Quia nec ex natura rei, nec ex positivo jure apparet talis obligatio. Cadit tamen sub convenientiam, & fortasse sub aliqualem obligationem. Ita videlicet, quod sine dubio convenientius est præmittere Confessionem ante Unctionem, præsertim quando infirmus habet conscientiam mortalium peccatorum. Et ita sanè communiter observatur.

120. Nisi tamen occurrat talis causa, quæ rationabiliter excusare videatur, quâ infirmus prudenter judicet, aut ex consilio etiam Sacerdotis, expedire prius suscipere Unctionem, eum

Oppositum regulariter convenit

121. Casus aliqui in quibus potest præmitti Unctio

122. Respondetur ad auctoritates adductas pro oppositis Concl.

123. Respondetur ad auctoritates adductas pro oppositis Concl. allegatam.

120. Potest fieri ut expediat prius suscipere Unct. quam Euchar.

quit, satis est, ut hic ordo convenientior à nobis judicetur.

123.
Aliud fundamen-
tum nostrae Con-
clus.

Qui etiam fundari potest in hoc, quòd Eucharistia multò citiùs & faciliùs detur infirmis, quàm Extrema Vnctio: quia non habet solùm rationem Viatici, sed etiam cibi, qui semper necessarius est: postquam autem semel accipitur, regulariter sapiùs non datur eidem infirmo, etiamsi ad extremum deveniat, propter difficultatem vel propter reverentiam, aut propter Parochorum morem, qui suo muneri satisfecisse videntur Vnctionem Extremam addendo. At si post acceptam Vnctionem infirmus petat Eucharistiam, licet illam antea receperit, illi neganda non est, si aliud non obstat.

Et hoc fortasse modo accidit in exemplis in contrarium allatis: nam ex eis solùm habetur, Eucharistiam datam fuisse post Vnctionem, non verò quòd antea etiam suscepta non esset. Hec ille. Igitur illa communis seu generalis consuetudo solùm probat convenientiam, vel ad summum obligationem sub veniali, non sub mortali.

124.
An pueri qui nunquam communicavit debeat administrari Ext. Vnct.

Neque ex ea rectè inferitur: ergo pueri, qui ob defectum ætatis sacram Eucharistiam nunquam suscepit, estò habeat usum rationis sufficientem ad peccandum, & aliquando suscepit Sacramentum Pœnitentiæ, non est administranda Extrema Vnctio. Imprimis; quia tali puero in articulo mortis non est Communio deneganda, ut probavimus disp. 4. sect. 8. conclus. 6. adeoque ordo ille potest observari.

Deinde; quia tali casu administrationem Eucharistiæ non permittit infirmi conditio. Vnde potiùs ex illis verbis Rit. Rom. contrarium probatur; scilicet si conditio pueri ob defectum ætatis talis sit, ut ei non debeat administrari Eucharistia, non ob id neganda erit Extrema Vnctio. Ita Ioan. Sancius in Select. disp. 27. n. 21.

Vbi ad idem propositum allegat, quod ibidem ait Rit. Rom. *Debet hoc Sacramentum infirmis præberi, qui cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant &c.* nullà factâ mentione de susceptione Eucharistiæ.

125.
Afirmat Ioan. Sancius, quem Auctor sequitur.

Hic Auctor mordicus defendit hanc sententiam à n. 6. citans Alios n. 10. quibus libenter subscribo. Ratio autem est; quia talis puer est capax omnium effectuum huius Sacramenti, scilicet remissionis peccatorum venialium, alleviationis ac confirmationis animæ & sanitatis corporalis; est, inquam, capax gratiæ habitualis & actualis, etiam quatenus confertur per Vnctionem, & illa verba: *Per istam sanctam Vnctionem, indulgeat tibi Deus &c.* Cur ergo non possit, immo non debeat ipsi administrari hoc Sacramentum?

Nonne Iacobus Apostolus in suis verbis prærequirit susceptionem Eucharistiæ? Clarum est quòd non. Quo ergo jure Parochus ipsi ne-

gat remedium tam utile, quod aliquando potest eum facere de attrito contritum, insulendo primam gratiam? Fieri enim potest, ut peccaverit mortaliter, & non fuerit peccatum suum confessus cum debito dolore; quo casu, si postea recipiat hoc Sacramentum cum sola Attritione, putans bonâ fide se esse in statu gratiæ, hoc Sacramentum causabit primam gratiam, & per consequens infirmus salvabitur, aliàs in æternum damnandus. Iudicet ergo Parochus (inquit Sancius supra n. 8.) num rectè ovem suam pascat, fame perire eam sinens, ubi cum pastu gratiæ posset jugiter reficere.

Unde n. 16. existimat, Parochum peccare de se mortaliter contra charitatem proximi, immo contra iustitiam, si puero petenti nolit Sacramentum ministrare. Et n. 11. audet dicere, magis fore necessarium Sacramentum Vnctionis puero, qui nunquam communicavit, quàm adulto, qui sacram Eucharistiam jam suscepit, aut in illa infirmitate, aut in salute tempore. Quis enim negavit, Sacramentum Eucharistiæ uberrima auxilia gratiæ conferre, ad vincendas tentationes dæmonis, in hora mortis occurrentes, cum illa de se conferre quovis etiam tempore, & specialis illius effectus sit, conferre auxilium congruum ad perseverandum in gratia finaliter?

Ex quo inferi n. 12. quòd si sit adultus in articulo mortis constitutus, qui sacram Eucharistiam in illa infirmitate suscepit, & post etiam sit in eodem articulo, qui tamen nunquam communicavit; Parochus verò, si de adultro Sacramentum Vnctionis ministrat, prout dicit prudenter & timeat, puerum interea in Vnctione moriturum, tenebitur sanè ministrare puero, adulto relicto; ex lege enim charitatis aut iustitiæ in Ministro ex officio, majori necessitati occurrendum est. Hec ille.

Immo (addit n. 13.) etsi adultus in infirmitate non suscepit sacram Eucharistiam, suscepit tamen antea, & iudicet Pastor probabiliter non peccasse mortaliter post jam susceptam. Nam Sacramentum Eucharistiæ auxilia confert ad vincendas tentationes quolibet tempore oblatas; nec refert, quòd paulò vel multò ante ad occasionem oblatam Eucharistia sit suscepta; nam auxilia Eucharistiæ non statim dantur, sed quando occasio vincendi tentationes offertur: tunc enim necessaria sunt, & non quando suscipitur Sacramentum. Ita Sancius.

Sed contra facit primò; quòd adultus prioribus sit subiectus tentationibus, maxime si fuerit gravis peccator, quàm puer, qui rarissimè in tali ætate solet, mortaliter saltem, peccare.

Secundò; fieri potest, ut adultus ante infirmitatem jam receperit omnia auxilia sibi debita ex una aut pluribus Communionibus; non enim putandum est, per unam Communionem dari auxilia ad vincendas omnes impolterum tentationes; sed multùm verisimile est, Chri-

lum decreuisse per singulas Communiones conferre auxilia sacramentalia pro certo numero occasionum seu vincendarum tentationum.

Existimo ergo valde difficile esse, prudenter judicare, quis cui præferendus sit seu præungendus, puer, an adultus, quando uterque non potest inungi; quia difficile est judicare, quis ex illis habeat majorem necessitatem. Interim hæc concurrentia rarissima est, & ideo non diutius hic hærendum, & tempus quasi inutiliter terendum casibus quasi metaphysicis.

Hoc unicum firmissimè assero; me nullam videre rationem solidam, negandi puero capaci Sacramenti Pœnitentiæ, negandi, inquam, Extremam Unctionem; estò, quia Eucharistia majorem requirit discretionem & reverentiam, hæc justè postet ei negari.

Hinc ad Manuale Toletanum Sacramentorum, quod circa administrationem Sacramenti Unctionis Regulam 5. constituit sequentis tenoris: *Pueri qui carent usu rationis, aut amentes, qui ab ipso ortu nunquam fuerunt mentis compotes, qui ab ipso ortu nunquam fuerunt mentis compotes, ungenti non sunt. Quà verò ætate pueris conceditur Communio, Unctio quoque concedenda est.*

Respondeo I. cum Sanctio supra n. 2. t. emendatum esse à Paulo V. in Rit. Rom. præcipiente, ut supra vidimus, Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ ministrari infirmis ante Extremam Unctionem, nisi aliud tempus & infirmi conditio postulent.

Respondeo II. ibi solùm statuitur, quod erat extra omnem controversiam, scilicet, *Quà ætate pueris conceditur Communio, Unctio quoque concedenda est.* Ergo à contrario sensu, si ob defectum ætatis nunquam fuerit concessa Communio, Unctio concedenda non erit, neg. Conseq. quia argumentum à contrario sensu, in positivis maximè, non semper valet.

Dices: si nollet Constitutio illa hoc significare, absque necessitate diceret, in ætate quâ conceditur Communio pueris, concedi Extremam Unctionem; hoc namque planum erat, nec cuiquam in dubium vertendum.

Respondeo; quia planum erat, ideo dixit hoc, & tacuit aliud, quod erat controversum, nolens controversiam dirimere. Nonne etiam planum erat, pueros, qui carent usu rationis, non esse inungendos? Et tamen hoc dixit. Numquid absque necessitate? Sane plurima dicuntur à Conciliis, quæ sunt certissima & clarissima, & tamen non ideo sine necessitate, id est, congruitate seu convenientia, ne quod ex se clarum & certum est, contingat per accidens ab aliquibus ignorari.

Ad aliud argumentum Adversariorum; nimirum, si puero administraretur Extrema Unctio, dum adhuc incapax est Eucharistiæ, inverteretur per se natura Sacramentorum, quod nunquam est licitum. Respondet Sanctius supra n. 22. ex Suario disp. 44. antiquam fuisse consuetudinem porrigendi Eucharistiam ultimo loco, de qua consuetudine supra egimus.

Fundatur autem in aliquibus congruentiis; quia scilicet decet post perfectissimam animæ purgationem, etiam quoad pœnas, Eucharistiam suscipere; vel quia Viaticum magis congiunctum est ad periculum mortis, cum detur decessuris; nec detur ut detineantur, sed ut proficiantur: Unctio verò datur, ut in vita præfenti immorentur, si expediat infirmis. Vide hæc latius deducta apud Suarium supra.

Quidquid sit de hac consuetudine (inquit Sanctius) respectu adulti, qui Eucharistiam & Unctionem potest recipere, consuetudo saltem Extremam Unctionem non administrandi pueris, qui nunquam communicarunt, non est observanda; ut minus expediens, & in præjudicium puerorum, qui certè tantò magis indigent Unctione, quantò minus foventur auxilio Eucharistiæ, quam nunquam receperunt. Hæc ille.

Et post pauca ait: Quodd forte, attentis naturis utriusque Sacramenti Eucharistiæ & Unctionis, congruentius foret ultimo loco Eucharistiam suscipi. Sed adhuc, si dicatur contrarium: Respondet equidem ad argumentum propositum; naturam Unctionis non exposcere absolute ministrari post Eucharistiam respectu omnium hominum, sed solùm capacium suscipiendi eam: respectu verò puerorum, qui incapaces judicarentur Eucharistiæ, & non Pœnitentiæ, tantùm, inquit, abest, naturam Unctionis sacræ exposcere, ut pueris non detur, qui non suscipere Eucharistiam, quod potius postulet ex sua natura illis ministrandam fore. Nam cum ex natura sua hoc Sacramentum sit institutum tanquam in consummationem Pœnitentiæ ad delendas reliquias peccatorum & vincendas tentationes, in hora mortis maximè urgentes, sitque ex generali ratione institutum in favorem animarum, tunc ex sui natura maximè postulat exhiberi, quando anima magis illo indigerit. Hucusque Sanctius.

Nec valet tertium argumentum Adversariorum, utputà: In naturalibus si daretur aliquod vivens incapax nutritionis, indebitè & contra ordinem naturæ ageret, si sibi applicaret res, quibus augetur, cum augmentum terminus sit nutritionis: ergo eadem ratione proportionaliter puero incapaci gratiæ nutritionis, quæ confertur per Eucharistiam, indebitè applicabitur & contra ordinem naturæ supernaturalis Extrema Unctio, quâ vita spiritualis pueri augetur.

Hoc, inquam, argumentum non valet: nam in primis puer ex se non est incapax nutritionis, sed solùm ex præcepto Ecclesiæ; nam antiquitus etiam pueris, non utentibus ratione, dabatur Eucharistia, quis audeat dicere sine fructu?

Secundò; non semper valet argumentum à naturalibus ad supernaturalia; alioquin sicuti cibus naturalis non prodest homini naturaliter mor-

129. Difficile est judicare, puer an adultus sit præferendus.

130. Statutum Man. Tol. Sacramentorum.

Prima ad illud ref. p. 10. ex Sanchez.

Notanda.

131. Obiectio.

Solvitur.

132. Responso ad aliud argumentum ex Sanchez.

133. Consuetudo negandi pueris Extre. Unct. qui nunquam communicarunt, non est servanda.

Natura Unct. non postulat absolute ministrari post Eucharistiam.

134. Tertium argumentum Adversariorum.

Responso.

135. Non semper valet argumentum.

mortuo, ita cibus spiritualis non prodesset homini spiritualiter mortuo; quod tamen multi negant, dicentes Eucharistiam per accidens & secundario aliquando conferre primam gratiam. Licet ergo augmentum in naturalibus solum sit terminus nutritionis, secus tamen augmentum in supernaturalibus. Vnde licet deficiat gratia, quæ datur per modum nutrimenti, poterit tamen homo habere aliam gratiam per modum augmenti, si recipiat Sacramentum, quod est causa efficiens illius gratiæ.

Quod necessarium etiam Adversariis dicendum est, nisi ausint dicere; Extremam Vnctionem illis pueris non solum illicitè, sed etiam invalidè ministrari, quod non habet apparentiam veritatis. Nam si validè ministratur; & ipsi bonâ fide, putantes id esse licitum, recipiunt Sacramentum, quod sic ministratur, quidni recipiant etiam fructum Sacramenti, cum Sacramenta gratiam conferant non ponentibus obicem; ipsi autem non ponant obicem?

Illud quasi pro coronide ad calcem hujus Conclusionis addiderim; quando dubitatur, num pueri habeant usum rationis, sicut potest ipsis ministrari Sacramentum Pœnitentiæ sub conditione, sic etiam posse ministrari sub conditione Sacramentum Extremæ Vnctionis, propter maximam ejus utilitatem & fructum, quem fortè accipiet; & quia ministrando conditionatè nulla irrogatur irreverentia Sacramento.

Si autem à me quæritur, utrùm sæpius in eadem infirmitate possit administrari Extrema Vnctio, uti sæpius potest administrari Sacramentum Pœnitentiæ, Respondeo:

CONCLUSIO VII.

Infirmus in periculo mortis moraliter uno, non nisi semel; in diversis moraliter, sæpius potest inungi.

137.
Probatur
Concl. ex
Catechismo
Rom.

DE hac Conclusionis ita loquitur Catechismus Rom. suprâ q. 11. *Illud hic observare oportet, in una eademq; egrotatione, cum aeger in eodem vite periculo positus est, semel tantum ungendum esse. Quod si, post susceptam hanc Vnctionem, aeger convalescit; quoties postea in id vite discrimen incidit, toties eiusdem Sacramenti subsidium ei poterit adhiberi. Ex quo patet in eorum Sacramentorum numero, quæ iterari solent, reponendam esse.*

Rit. Rom.

Concinit Rit. Rom. suprâ ibi: *In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, ut cum infirmus convalescit, iterum in periculum mortis incidit.*

138.

Idem docet Conc. Trident. sess. 14. de Sa-

crum. Extre. Vnct. c. 3. hisce verbis: *Quod si infirmi, post susceptam hanc Vnctionem, convalescant, iterum huius Sacramenti subsidium iterari poterunt, cum in aliud simile vite discrimen incidant.*

Ex quo infero; non requiri novam infirmitatem, sed solum novum vite discrimen; iam autem in eadem infirmitate possunt plura successivè vite discrimina occurrere; id experientia probat in Astmaticis, hydropticis, phthisicis, in quibus radice morbi permanente, mortis status sæpè notabiliter mutatur, ut nunc in periculo urgenti constituti & lecto affixi, postmodum plateas & Ecclesiam frequentent, ac rursus in periculo urgenti constituti lecto affigantur. His itaque sæpius posse hoc Sacramentum ministrari, est communis DD. sententia.

Ratio est; quia hoc Sacramentum (& per consequens gratiæ actuales, quæ illius intuitu dantur) non præcisè respicit agrotationem, sed statum illius periculofolum: ergo quoties hic status moraliter iteratur, toties etiam potest iterari Sacramentum; quia toties infirmus est denudè ad lucem armandus per novas gratias actuales. Dico, *Moraliter*; quia cessatio periculi potest esse tam brevis, ut moraliter loquendo, id est, secundum æstimationem hominum, censeatur idem & non diversum periculum.

Frivolum autem est, inquit Suarez disp. 40. sect. 4. n. 7. unius anni interruptionem polliceri; quia intrâ illud tempus celestium corporum præsertim solis revolutio periculis quid enim hoc refert ad Sacramenti necessitatem vel dignam administrationem? *Abstrusum valde videtur*, inquit D. Bohnavent. 4. dist. 2. a. 2. q. 4. *Sacramenta regulari secundum motum solis & astrorum.*

Alii unius mensis tempus assignant; sed voluntario magis arbitrio, quam certâ ratione. Paludanus pro regula assignat; quoties probabile est in nova peccata venialia incidisse, juxta quam regulam nihil aliud expectandum videtur, nisi quod homo simpliciter dici possit evadisse prius periculum, ita ut medicorum & prudentum judicio censeatur esse liber ab illo agrotationis statu: nam si postea iterum reciderit etiam in illo medio statu brevi tempore duraverit, poterit iterum inungi; nam in quolibet brevi tempore timeri possunt nova peccata, præsertim venialia.

Eadem videtur fuisse mens Doctoris Seraphici suprâ, immediatè subnectens verbum præallegatis: *Et ideo potest aliter dici, quod nullus in aliqua infirmitate ungendus est, nisi cum præsumitur ad exitum appropinquare; & hoc est ex infirmitatis aggravatione, quem statum natura diu sustinere non potest, immo aut vincit aut vincitur. Sane ego infirmus non moriatur, sed diutius vivat, est non perfectè curetur, curatur tamen aliquo modo ab intensione morbi: quia ideo venialia iterum reddere possunt, & iterum infirmitas corporalis aggravatur, ita potest & debet Sacramentum Vnctionis iterari.*

Secl. 3. De eius Ministro & Subjecto. Concl. 7. 465

Quia verò, inquit Suarez supra, præcipua ratio suscipiendi hoc Sacramentum, non est peccatorum venialium remissio, ideo etiam hæc regula non est admodum certa; ideoque prudenti arbitrio hoc relinquendum est, ut nimirum consideratâ diuturnitate ægritudinis, & statum ejus, & interruptione eorum inter se, practica & communi existimatione illa censeantur diversa pericula, & status ita diversi, ut perinde se habeant ac si essent morbi omnino distincti. Hæcenus Suarez.

Ego autem nihil aliud requiro, quam ut Medici absolute judicent, jam transisse periculum mortis, quod de facto erat, & ratione cujus inunctus fuerat, sive interim commiserit nova peccata venialia, sive non; quod, meo iudicio, impertinens est ad multiplicandum periculum mortis, & per consequens ad iterandum Sacramentum; estò etiam remissio peccatorum venialium foret præcipua ratio suscipiendi hoc Sacramentum.

Nam certum est, posse iterari hoc Sacramentum, estò nulla nova peccata venialia intervenissent; & certum est, non posse iterari, dummodo maneat idem periculum; tamen si post susceptum Sacramentum infirmus multoties venialiter peccasset. Ergo quòd sit unum vel multiplex periculum mortis, & per consequens quòd possit, vel non possit iterari hoc Sacramentum, nullatenus dependet à novis peccatis venialibus.

Sed quid, si perseverante eadem infirmitate, cum suo statu periculoso, adveniat nova ægritudo periculosa? Responderet Dicast. hic n. 166. si ægritudo superveniens, iudicio Medicorum sit aliquid naturâ suâ concomitans, vel ordinariè consequens, aut annexum priori ægritudini perseveranti, estò specie distinguitur, potest & debet reputari pro una & eadem. Item si ideo solum periculosa sit, quia casu invenit subjectum præcedenti morbo laborans, ac proinde tunc non iterandum hoc Sacramentum.

Si verò causa superveniens, ipsa per se, independentè à præcedenti, tam periculosa sit, ut se solâ sufficeret ad conferendam Extremam Unctionem; non impossibile mihi videtur (inquit hic Auctor) posse iterum repeti hoc Sacramentum; est enim simpliciter alius status ægroti, morbusque diversus, maxime si adhuc erat spes aliqua naturaliter sanandi in præcedenti morbo; tamen ex superventu sequentis ea spes tollatur.

Unde si contingat ægrotum, malignis febribus periculose decumbentem, ab aliquo lethaliter vulnerari; etiamsi ratione prioris ægritudinis suscepit Extremam Unctionem, probabile omnino puto, posse iterum licitè & validè Extremam Unctionem recipere; quia ægritudo simpliciter nova, constituit hominem in novo & distincto agone, & nova ac distincta necessitate auxiliorum respectu secundæ

ægritudinis; ad cujus agonem & certamen nondum existentis, non data fuerat gratia præcedentis Sacramenti. Hæc ille.

Sed tu praxim consule, quæ in hac re est optima interpres divinæ voluntatis, cum aliunde non satis de ea constet. Ego credo, quòd Parochi difficulter tali casu Sacramentum iterarent, cum res sit dubia, & casus extraordinarius; nec videatur sufficiens necessitas Sacramentum exponendi periculo hollitatis. Vnde si quis administrare vellet, melius id faceret conditionatè, quam absolute. Neque enim hic solum agitur de licito; sed etiam de valido.

Fateor, Concilia nihil de hoc puncto definiunt, & potuit Christus sic instituere hoc Sacramentum, ut in eadem infirmitate & eodem periculo sæpius posset validè ministrari; interim perpetua & universalis praxis Ecclesiæ videtur probare, id fieri non solum illicitè, de quo nullum potest esse dubium, sed etiam invalidè; nam si validè posset fieri, & per consequens fructuosè; sicuti fructuosè in eadem infirmitate & periculo mortis sæpius administratur & suscipitur Eucharistia, cur, quæso, Ecclesia prohibuisset id fieri? Etenim durante etiam eodem periculo vitæ, potest homo nova peccata committere, & per consequens indigere novâ remissione peccatorum, & novis auxiliis pro novis tentationibus, occasione istorum peccatorum.

Igitur praxis illa Ecclesiæ signum sufficiens est, Christum noluisse sic instituere hoc Sacramentum, ut posset sæpius validè ministrari, & suscipi in eodem periculo mortis, sicut instituit Sacramentum Pœnitentiæ & Eucharistiæ, quæ sufficiunt ad delenda peccata post ministratam Extremam Unctionem occurrentia; & conferenda auxilia actualia ad vincendas tentationes, occasione istorum peccatorum. Quare autem Christus hoc potius voluerit, quam istud, penes ipsum est, quis consiliarius ejus fuit?

Non sumus ingrati, quòd secundum placitum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ Christus instituerit Sacramentum Extremæ Unctionis eâ lege, ut semel tantum in quolibet periculo mortis posset suscipi, ut si nullum instituisset, non esset injustus; qui ergo per hoc Sacramentum liberatur à peccatis, gratiam diligit, qui non liberatur, debitum agnoscat, sibi que imputet, si post susceptum Sacramentum, in eodem periculo rursus peccet venialiter vel mortaliter.

Quàmvis ergo hoc Sacramentum non imprimat aliquem characterem, ut claris verbis docet Conc. Flor. in Decreto Eugenii ibi: *Inter hæc sacramenta tria sunt Baptismus, Confirmatio & Ordo, quæ characterem . . . imprimunt . . . Reliqua verò quatuor characterem non imprimunt & reiterationem admittunt*; equidem initerabile est in eodem periculo, quia Christus sic voluit.

Quod ergo hic dicitur: *Reiterationem admittunt*, intellige in aliquo casu; nam etiam Matrimonium

144. Censuranda est praxis.

An possit in eodem periculo sæpius saltem validè ministrari.

145. Sententia negans probatur ex praxi Ecclesiæ.

146. Ext. Unct. non imprimat characterem.

Quomodo admittat reiterationem.

N n n

monium

143. Quid si perseverante eadem infirmitate adveniat nova ægritudo.

142. Sufficit quòd Medici absolute iudicent hoc periculum mortis transisse.

Suarez.

monium cum secunda, vivente primâ uxore, jure divino est nullum; adeoque pro illo tempore interabile: ad veritatem itaque verborum Eugenii satis est, quod aliquando illa Sacramenta possint iterari.

147.
Contra eius
interabili-
tatem in ea-
dem infir-
tate obicitur
contue-
tudo Grae-
corum.
Iac. Goar.
Menardus.

Solum ob stare videtur; quod Græci hodie plures Sacerdotes adhibent, qui successivè singuli infirmum cum formæ prolatione inungunt; quas omnes & singulas unctiones esse sacramentales, contendit Jac. Goar in Notis ad Off. Olei n. 37. allegans in confirmationem, Sacramentarium S. Gregorii (quod ex quodam M. S. Codice S. Eligij nuper edidit Hugo Menardus) in quo præscribitur iteratio Extremæ unctionis circa eundem infirmum, per plures dies successivè faciendâ.

148.
Responsio
ex Herincx.

Verùm hæcenus mihi non constat (inquit Herincx hinc n. 50.) repetitas hujusmodi unctiones, fuisse aliter, quàm per modum ceremoniæ seu cujusdam Sacramentalis non autem Sacramenti, adhibitas ad partes laborantes seu morbidas, si æger nondum convalesceret; etsi repetita fuerit Communio Eucharistiæ diebus singulis cum istis unctionibus.

Amalarius.

Hinc donec Ecclesia aliud declaret, standum potiùs videtur communi sensui DD. aded in doctrina & usu ipsius Ecclesiæ fundata, quàm obscuris quibusdam scriptis, nuper editis per Menardum, quibus quantum auctoritatis tribui debeat, hæcenus non ita apparet: maxime si vetustus Auctor Amalarius lib. 2. de Offic. Eccles. cap. 12. (quem refert Menardus in Notis pag. 285.) de his scripserit: *Est libellus quidam apud nos de sacris Ordinibus nescio cuius Auctoris &c.* Mirum etiam (ut alia taceam) ibi Subdiaconatum statui inter minores Ordines, à quibus tamen eum distinguit ipsè Gregorius lib. 4. Epist. 88. ut refert idem Menardus pag. 280.

S. Gregorius.

149.
Christus
non incon-
gruè potui-
set iteratio-
nem infir-
mitatis
enec.

Alioquin si constaret authenticè, librum istum verè esse Sacramentarium S. Gregorii, non parùm ponderis adferret opinioni, quæ asserit, iterationem esse validam. Prout sanè non incongruè potuisset Christus instituire, ob peccata, præsertim venialia, quæ durante morbo denuò obrepunt, & augmentum auxiliorum divinatorum in extrema lucta, aut etiam efficacius impetrandam sanitatem, operatione sacramentali sæpiùs repetita. Hucusque Herincx.

Sed numquid, dicit aliquis, sicut infirmus potest sæpiùs inungi in diversis moraliter periculis mortis, ita etiam debet inungi? Resolutio patebit ex dicendis Conclusionem sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO VIII.

Per se loquendo non est gravis obligatio suscipiendi hoc Sacramentum; tametsi sit gravis obligatio dandi, quando iuste petitur à Parocho.

Sensus primæ partis est: non peccat graviter qui citra contemptum aut scandalum recusat susceptionem hujus Sacramenti, si satis illi unde propriæ salutis consuluerit.

Sanè contemptum hujus Sacramenti esse peccatum mortale, nemini dubium esse debet, aut verò potest, qui credit Conc. Trident. sess. 14. de hoc Sacram. cap. 3. dicenti: *Quæ nullâ ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam & elucidatam Apostoli Jacobi sententiam docent, hanc unctionem vel signentium esse humanum, vel non à Patribus acceptum, nec mandatum Dei, non promissionem gratiæ habentem: & qui illam jam esse asserunt, quasi ad gratiam curatiuum duntaxat primitivæ Ecclesiæ referenda esset: & qui dicunt, ritum & usum, quem sancta Romana Ecclesia in huius Sacramenti administratione observat, latè Apost. sententiæ repugnare, atque ideo in alium commutandum esse: & denique, qui hanc Extremam unctionem à fidelibus sine peccato contenti possit affirmant.*

Hæc enim manifestissimè puenant cum perficiantur tanti Apostoli verbis. Nec profecto Ecclesia Romana, aliarum omnium Mater & Magistra, aliud in administranda unctione, quantum ad ea, quæ hanc Sacramenti substantiam perficiunt, observat, quàm quod B. Iac. præscripsit. Nec verò tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse posset.

Et can. 3. *Si quis dixerit, Extrema unctionis ritum & usum, quem observat sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiæ B. Jacobi Apost. ideò commutandum, possit, à Christianis absque peccato contenti; anathema sit.*

Quomodo clariùs poterat exprime peccatum mortale, quàm dicendo: *Nec verò tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere & ipsius Spiritus sancti iniuria esse posset?*

Quæ verba si attendisset Suarius, non dixisset disp. 44. sect. 1. n. 6. Alter casus est, quando ex contemptu hoc Sacramentum omittitur, quem ponunt expresse omnes Theologi & Summi, & illum approbat Concil. Trident. quàmvis non definat tunc esse peccatum mortale, sed simpliciter doceat, non posse Sacramentum hoc sine peccato contenti. Hæc ille.

Sect. 3. De eius Ministro & Subjecto. Concl. 8. 467

Nescio sanè, quomodo luculentius posset docere, contemptum illum esse peccatum mortale, quàm vocando ipsam ingens scelus. Sed audiamus, quod sequitur:

Et meritò, inquit, ita loquitur; quia in contemptu possunt esse gradus, & aliquis potest esse levis, saltem ex imperfecta deliberatione: regulariter verò talis contemptus peccatum mortale est, multum enim derogat religioni & reverentiæ debitæ Sacramento.

Conc. Colon.

Unde in Concil. Colon. sub Adolpho cap. ult. sic habetur: *Relatum nobis in Concilio est, impios quosdam homines infirmitatis sua tempore Unctionem sacram respuisse ac contempnisse: quamobrem statumus, ut si quis Sacramentum illud, nobis ab Apostolo Iacobo tantopere commendatum, contempserit, Ecclesiasticâ careat sepulturâ.* Ita Suarius.

Sed numquid, quia contemptus ex indeliberatione potest esse venialis; ideo Concilium non potuit definire seu docere, omissionem hujus Sacramenti ex contemptu esse peccatum mortale, sed debuit simpliciter docere, non posse hoc Sacramentum sine peccato contemni? Non puto; sed potius debuit simpliciter docere (prout etiam docuit) esse ingens scelus; quia omnis formalis contemptus est ex genere suo mortalis.

Potèd contemnitur hoc Sacramentum, quando habetur pro re indigna, aut puerili parvique momenti, & ideo non suscipitur. Hinc absque sufficienti fundamento dicitur, tunc semper intervenire contemptum, quando à sciente & vidente omittitur; nam fieri potest, ut infirmus maximè æstimet hoc Sacramentum, tanquam rem sacram, & valde utilem ad salutem, interim quia non est necessaria ad salutem, nolit ipsum suscipere.

Et verò, cur voluntaria omisso hujus Sacramenti, non necessarii, potius sit contemptus, quàm voluntaria omisso Pœnitentiæ aut Eucharistiæ, etiam necessaria? Quia, inquis, si jam non suscipiat, nunquam poterit illud suscipere. Quid tum, cum nulla sit necessitas aliquando suscipiendi?

Atque ut esset necessitas, potest velle illud omittere, ut ostendat suam libertatem, tamen etsi maximè illud æstimet; contemptus autem formalis, de quo loquimur, est æstimatio minus iusto. Quæ utique est ratio; quòd possit omitri & Pœnitentiæ & Eucharistiæ, etiam necessaria, absque formali contemptu. Ut ergo omisso hujus Sacramenti sit formalis contemptus; debet procedere ex intentione despicienti illud, & ostendendi se illud pro nihilo æstimare.

152. Quidam hoc Sacramentum contemnitur.

Dices: Scotus 4. dist. 7. q. 2. ait: *Iudicatur contemptus, si omnimodâ opportunitate oblata, non susciperetur Sacramentum Confirmationis: ergo etiam, secundum ipsum, judicaretur contemptus, si omnimodâ opportunitate, oblata non susciperetur Sacramentum Extreme Unctionis.*

Respondeo; loquitur Doctor de contemptu virtuali, id est, judicaretur maxima negligentia: vel si de contemptu formali; aliud est judicaretur contemptus, aliud verò, esset à parte rei contemptus, quod ultimum solum hic negatur.

Explicatur Scotus.

Quantum ad scandalum; sicut in omni alia materia est grave peccatum, quando ruina proximi est gravis, ita quoque in hac materia; ac proinde peccarem mortaliter, si adstantes ex mea non susceptione, inducerentur ad indignam æstimationem, seu contemptum hujus Sacramenti. Similiter, si foret periculum, quòd adstantes temerè judicarent, me esse hæreticum, aut certè Sacramentum formaliter contemnerè. Et ecce secundus casus, in quo omisso hujus Sacramenti est mortalis.

154. Ratione scandali omisso hujus Sacramenti potest esse mortalis.

Tertius casus potest hic addi; quando infirmus est in peccato mortali, & non potest aliud Sacramentum suscipere; qui casus rarissimus est, ut bene notavit Suarius supra n. 7. quia, inquit, hoc Sacramentum non potest nisi à Sacerdote ministrari, vel igitur pœnitens ratione utitur & sentit, & sic confiteri poterit, cessabitque illa necessitas: vel omnino non sentit, & tunc non est capax talis obligationis, nec potest Sacramentum postulare, sed alii ex officio tenebuntur ministrare.

155. Quid si infirmus existens in malo statu non possit aliud Sacramentum suscipere? Suarez.

Rarissimè ergo potest fingi talis casus, nisi tunc fortasse, quando Sacerdos non vult Confessionem audire, vel est tam ignorans, ut nesciat Absolutionem proferre, sciat autem Unctionem ministrare; vel denique, si omnino non potest Confessionem audire, aut infirmus non audet confiteri illi sine gravissimo periculo vel scandali vel alterius detrimenti, quòd ex Unctione non timet; quæ omnia excogitari potius, quàm moraliter accidere possunt.

Admisso verò illo casu, adhuc videtur valde incerta illa obligatio; quia vel infirmus contritus est, & moraliter ita judicat, & tunc videtur cessare obligatio, quia jam non est illi Sacramentum hoc necessarium, & aliunde non est per se præceptum: vel cognoscit infirmus se esse tantum attritum, & tunc non potest licitè suscipere hoc Sacramentum cum ea sola dispositione: ergo non sumendo non peccabit immediatè contrà hoc Sacramentum, seu illud omitendo; sed non habendo Contritionem, quam si habeat, jam cessat altera obligatio ut argumentabamur. Ita Suarez.

156. Probatur peccare mortaliter, tamen si existimaret se contritum.

Qui nihilominus ibidem admittit tali casu gravem obligationem, eò quòd facile infirmus decipi possit, & in re ipsa non habere Contritionem charitate perfectam, & ob eam causam damnari; ideoque gravi periculo suæ damnationis videtur se exponere, omitendo hoc Sacramentum.

Quæ ratio, inquit, est factis apparentis quantum ad obligationem ex charitate propria, propter dampnum irreparabile, quòd imminet, &

Non 2

pro-

propter difficultatem & incertitudinem veræ Contritionis. Et mihi certè valde probabilis res est, quàmvis non ad eam certa, quin Aliis sit locus opinandi oppositum, dicendo, eum qui moraliter est certus de Contritione, non se exponere periculo, etiamsi alia media, quæ præcepta per se non sunt, omittat; maxime cum non sit certum, Sacramentum hoc facere ex attrito contritum. Sed ego majorem diligentiam censeo pro salute æterna adhibendam esse ex lege saltem charitatis. Hæc ille. Et ego cum illo.

Ex quo patet, quare in principio Conclusionis consultò dixerim: *Si satis aliunde propria saluti consuluerit.*

157.
Per se lo-
quendo non
est præcep-
tum affir-
mativum de
suscipiendo
hoc Sacra-
mento.

Cæterùm, quidquid sit de his obligationibus per accidens, quæ non sunt propriæ huic loco, docent communiter Theologi, nullum esse per se loquendo affirmativum præceptum de suscipiendi hoc Sacramentum, etiam in extremo vitæ discrimine, saltem graviter obligans.

Ratio in promptu est; quia non sunt multiplicandæ obligationes, præsertim graves, sine necessitate, id est, sine solido fundamento, vel ex natura ipsius Sacramenti, vel ex voluntate superaddita Christi, aut Ecclesiæ. Iam autem talis obligatio neque sequitur ex natura ipsius Sacramenti; utpote medii tantùm utilis & non necessarii ad salutem; neque ex voluntate superaddita Christi, aut Ecclesiæ; quia hæc non invenitur scripta, neque tradita, neque consuetudine firmata. Non scripta, quia Iacobus, inquit Suarez supra n. 2. promulgans hoc Sacramentum, nullum verbum appoluit vim præcipiendi habens, sed simpliciter dixit: *Infirmatus quis in vobis? Inducat Presbyteros &c.*

158.
Objectio

Sed contra; cur ly *Inducat*, minorem habeat vim præcipiendi, quàm ly *Constituatur*, in Concil. Trident. sess. 13. cap. 7. in fine: *Quod si necessitate urgente Sacerdos absque prævia Confessione celebraverit, quamprimum constituatur?* Nonne illud, quod ponitur in Regula Fratrum Minorum: *Quod Clerici faciant divinum Officium secundum ordinem S. R. Ecclesiæ, æquipollet præcepto?* Prorsus ita declaravit Clemens V. in Concil. Vienn. & refertur Clement. *Exivi de Paradiso* de verb. signif. Cur ergo ly *Inducat Presbyteros*, apud Iacobum Apost. non æquipollet præcepto?

159.
Wiggers
existimat
hoc Sacra-
mentum
esse præcep-
tum.
P. à Soto.

Reverà æquipollere existimat Wiggers hic q. 32. n. 9. ubi secutus Petrum à Soto lect. 2. de hoc Sacram. putat probabilis, hoc Sacramentum fidelibus esse à Christo præceptum. Et ita, inquit, sentire videtur Catechif. Rom. dum ait, gravissimè peccare eos, qui differunt Unctionem infirmi, donec incipiat carere sensibus; si enim gravissimè peccant, qui differunt, multò magis illi, qui non recipiunt, quando possunt; cujus peccati non videtur esse alia ratio, quàm præceptum de hoc Sacramento suscipiendi. Hæc ille.

Rejicitur

Sed hæc probatio minùs solida est pro gravi

obligatione inducenda; nam Cathedrales non differunt ministrando, sed Parochos, qui differunt ministrando, quando infirmus rationabiliter ministerium exigit, ut dicitur in secunda parte Conclusionis, ita etiam graviter possunt peccare differendo Unctionem infirmi, donec incipiat carere sensibus, quia infirmus habet jus, ut impugnetur tempestivè, quando adhuc potest seipsum disponere, ad uberiores Sacramenti gratiam percipiendam: ergo etiam graviter peccant illi, qui non recipiunt, quando possunt, neg. Conseq. nisi ostendatur aliunde præcepta suscipiendi, sicuti ostenditur præcepta administrandi.

Secundò argumentatur Wiggers dicens: Sacramenta, quæ pro omnibus sunt instituta à Christo Domino, sunt generalia quædam remedia, quibus unusquisque salutem suam curare, & promovere debet; unde non videtur dubitandum, quin Christus ea sic instituerit, ut voluerit etiam unumquemque tempore & loco iisdem uti.

Et in hunc sensum quoad Sacramentum Extremæ Unctionis, omnino videtur Concilium Colonienſe accepisse verba D. Iacobi, domiſe instituit Parochos: *Est autem Unctio impendenda cum expositione Unctionis & mandati Apostoli quod sic habet: Infirmatus quis in vobis? Inducat Presbyteros &c.* Et ipsum verbum, quod imperativi modum est, per se quoque savor, licet aliquando ex officio di loquendi modus sit exhortatorius tantum.

Concilium quoque Colonienſe in Decretis fidei, Decre. 10. ita habet: *Ne hic nisi mandandi infirmos ritus Christi præceptum, non tantum Sacramentum esse videretur, dicit Iacobus: Infirmatus quis in vobis? Inducat Presbyteros &c. et orant super eum, ungentes &c.* ubi hoc Concilium planè supponit, hunc inaugurandi ritum esse Christi præceptum. Ita Wiggers.

Sed imprimis miror, cum plura sint Concilia Colonienſia, nullum tamen in particulari eum specificare. Interim priora verba repetit in Conc. Colonienſi celebrato Anno 1536. autoritate Hermanni Archiepiscopi tempore Pauli Papæ III. & Caroli V. Imperat.

Quomodo autem sint intelligenda (uti etiam verba posteriora, quæ non habentur in Conc. Colonienſi, sed Senonenſi) patet ex Concil. Trident. (quod rursum miror præfatum Auctorem non citasse, cum ferè eisdem verbis utatur) sess. 14. de hoc Sacram. c. 3. ibi: *Quæ nullà ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam & dilucidam Apostoli Iacobi sententiam dicunt, hanc Unctionem vel signum esse humanum, vel ritum à Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem.*

Ecce Trident. docet, Unctionem hanc esse mandatum Dei, quàm Conc. Colonienſe & Senonenſe vocant Christi præceptum & mandatum Apostolicum. Sed quomodo hoc, si non exat præceptum suscipiendi hanc Unctionem?

162. Respondeo; Conc. Trident. per mandatum intelligit hic institutionem Christi sive iustionem, ut extaret hoc Sacramentum in Ecclesia Dei, & à Pastoribus animarum administraretur petentibus; opponit quippe mandatum illud figmento humano & ritui, à Patribus accepto, & non à Deo vel Christo. Alioquin si intellexisset per mandatum, præceptum datum fidelibus suscipiendi Extremam Unctionem, curibidem & can. 3. solum damnat eos, qui dicunt Sacramentum hoc à fidelibus posse contemni, & non etiam eos, qui dicunt hoc Sacramentum à fidelibus non esse suscipiendum?

Quod probè intelligens Hermannus Archiepiscopus, cujus auctoritate, ut mox diximus, Concilium istud Colonienſe celebratum fuit, in suo Enchiridio tractans de hoc Sacramento §. 2. sic ait: *Ungebant* (Apostoli) *oleo multos aegrotos, non dubium quin ex Christi institutione ac mandato, non sua præsumptione. Absit enim ut vel in mentem nostram veniat, Sanctos Apostolos in tanta legatione præter Christi præscriptum quidpiam fecisse, qui non sua, sed tantum datâ potestate utebantur &c.*

Loquitur de Unctione Apostolorum, factâ Marc. 6. Et verò numquid inde bene inferatur: ergo erat fidelibus præceptum suscipere illam Unctionem? Evidens est quod non.

Sed videamus, quid dicat de nostra Unctione: *Veteres ergo, inquit, pio ac recto iudicio ex eo loco asserunt, Ecclesiam hoc Sacramentum ex ipsius Christi institutione accepisse, quamvis postea D. Iacobus Apostolus modum ac formam administrationis eiusdem clarius expresserit, ac quod ipse à Christo acceperat, populo tradiderit, in hac verba: Infirmatur quis in vobis? &c. Quæ verba manifestè declarant, hanc Unctionem Sacramentum esse, quæ neque signo careat visibili, nec promissione gratiæ.*

Quod autem illa verba declarent, illud Sacramentum esse præceptum fidelibus, nec ibi, nec alibi dicit Hermannus; sed ibidem §. 6. circa finem sic lego: *Neque tamen dicimus hoc Sacramentum absolute & omnino ad salutem necessarium, modo ne contemnatur, sed magis esse ad fulcimentum pietatis; proindeq; prius votis ab aegrotis, priusquam hinc excedat, expetendum.*

164. Et quomodo hoc Sacramentum non est ad salutem necessarium, saltem necessitate præcepti, si à Christo est præceptum? Cùm enim sit res gravis, ut patet, si præceptum est, utique sub gravi obligatione, nisi aliud expressè Christus declaraverit. Cur ergo Ecclesia non permitteret susceptionem ejus tempore interdicti, sicuti permittit susceptionem Eucharistiæ in articulo mortis? Et tamen istam prohibet, ut alibi diximus. Censet ergo, eam non esse præceptam à Christo vel Ecclesia, sicuti est præcepta sumptio Eucharistiæ.

Hinc Concil. Colonienſe, celebratum Anno 1549. sub Adolpho Archiepiscopo, agens de hoc Sacramento, inquit: *Relatum nobis in*

Concilio est, *impios quosdam homines infirmitatis sue tempore Unctionem sacram respuisse ac contempnisse: quamobrem statimus, ut si quis Sacramentum illud nobis ab Apostolo Iacobo tantopere commendatum, contempserit, Ecclesiastica careat sepultura.*

Non ait: *Ab Apostolo Iacobo præceptum, sed, commendatum.* Ergo non agnoscit in verbis illis Iac. *Infirmatur quis &c.* præceptum vel saltem humanum. Itaque propter Concilia allegata à Wiggers, non est recedendum à communi sententia.

Neque propter rationem, nisi & ipse velit recedere à sua & communi sententia, quæ docet, Sacramentum Confirmationis non esse in præcepto; nam & hoc ipsum institutum est pro omnibus à Christo Domino tamquam generale quoddam medium, quo unusquisque salutem suam curare & promovere potest; vel ergo hæc ratio non probat sufficienter, Sacramentum Extremæ Unctionis esse à Christo fidelibus præceptum, vel etiam probat Confirmationem esse à Christo fidelibus præceptam, quod tamen Wiggers q. 72. n. 34. cum communi sententia negat.

Et bene probat, quia tale præceptum, neque reperitur in Scripturis, neque colligi potest ex Traditione Ecclesiæ, aut ejus Constitutionibus; nec ratio Sacramenti sive in genere, sive hujus in particulari importat necessitatem.

Quæ etiam est probatio nostræ Conclusionis, cujus probationis primam partem jam elucidavimus; non quod verba Iacobi non possent absolute significare præceptum, hoc enim fallum puto; sed quia Ecclesia videtur ea solum intelligere de consilio, secluso contemptu, ut patet ex Trident. supra, quod solum damnat contemptum. Itaque Apostolus ibi non præcipit, sed solum promulgat Sacramentum, à Christo ad nostram salutem institutum, monens omnes, ut tam salutare remedium suscipiant.

Cùm autem Trident. non possit contrariari Traditioni Ecclesiæ, aut ejus Constitutionibus, sequitur, quod neque ex Traditione Ecclesiæ, neque ex ejus Constitutionibus sufficienter colligatur præceptum suscipiendi hoc Sacramentum; cur enim Concilium illam Traditionem tacuisset? Cur non potius renovasset Constitutionem Ecclesiæ?

Denique, sicut non potest dici, quod, posita institutione Sacramenti Confirmationis, ex ipsa natura rei resultet obligatio in Christianis, ad utendum illo; sic etiam dici non potest, quod, posita institutione Extremæ Unctionis, resultet obligatio in Christianis, ad utendum illâ.

Nam imprimis, inquit Wiggers supra, dubitandum non est, quin Christus potuerit instituire aliquod Sacramentum, quod conduceret ad hominis perfectionem; cujus tamen usus non esset in præcepto, sed tantum in

Non 3 con-

165. Respondeo: tur ad rationem Wiggers.

166. Probatio: Conclusio: nis.

167. Christus potuit instituire aliquod Sacramentum liberum.

163. Quid sentit Conc. Colonienſe de obligatione hujus Sacramenti.

Conc. Colon.

consilio, sicut alia multa bona opera tantum sunt consilii ergo non immediate ex institutione Sacramenti oritur præceptum.

Deinde, fructus hujus Sacramenti potest etiam aliis mediis comparari, sive spectemus augmentum gratiæ, sive actualia auxilia, scilicet per meritum orationis & aliorum bonorum operum, quamvis non cum illa facilitate & certitudine. Hæc ille de Sacramento Confirmationis. Quæ, ut vides, applicari possunt Sacramento Extremæ Unctionis.

168. Non videtur esse similis ratio Ext. Unct. & Confirmationis.

Planè, inquit; sed attende, quod sequitur apud præfatum Auctorem: Huc, inquit, accedit praxis Ecclesiæ, quæ nequidem in articulo mortis consuetum est administrare Sacramentum Confirmationis iis, qui confirmati non sunt, etiamsi alioquin adsit copia Episcopi, quod necessariò videretur faciendum esse, si Sacramentum hoc esset sub præcepto.

Numquid & similis praxis impræsentiarum? Homines communiter existimant se malè agere (inquit idem Auctor hic n. 9.) si, quando prævidetur mortis periculum, non curent se, vel suos hoc Sacramento muniri, quod non ita apprehendunt, si aliqua alia salutaria per se, si alioquin non sint in præcepto, prætermittant.

Respondeo; quantum ad praxim, non conferendi Confirmationem in articulo mortis, etiamsi adsit copia Episcopi, credo quòd difficulter possit probari, eò quòd rarissimè hæc circumstantiæ concurrant, putà quòd constet infirmum non fuisse confirmatum, & quòd adsit copia Episcopi. Interim censeo, quòd in illis circumstantiis minùs homines forent solliciti pro suscipienda Confirmatione, quàm suscipienda Extremâ Unctione.

169. Quare homines in extremis magis sint solliciti de Ext. Unct. quàm Confirmatione.

Et ratio est; quia licet Confirmatio æquale conferat augmentum gratiæ, & fortè majus, maxima tamen est differentia inter effectus speciales unius & alterius Sacramenti; nam specialis effectus Confirmationis, est robor ad Christi nomen aucterè confitendum, quod in articulo mortis non est necessarium, nisi fortè aliquis tunc cogeretur à Tyranno fidem negare, & indubiè tunc tam sollicitus esse deberet; immo fortè magis pro Confirmatione, quàm pro Extrema Unctione.

Cæterò cum Extrema Unctio specialiter instituta sit pro illo articulo, & conferat speciales gratias utilissimas ad vincendas internas tentationes diaboli, pro tunc maximè ingruentes & periculosissimas, cum, inquam, sit instituta ad conferendam sanitatem mentis & corporis, jam tunc maximè necessariam infirmo, quid mirum si, per se loquendo, homines in illo articulo magis sint solliciti de hoc Sacramento quàm de Sacramento Confirmationis?

Et ideo homines communiter existimant se malè agere, si non curent se, vel suos muniri hoc Sacramento, non quòd existiment se peccare graviter, contra rigorosum præceptum

Christi vel Ecclesiæ suscipiendi hoc Sacramentum; sed quia videtur quædam prodigalitas spiritualis, & per consequens peccatum veniale contra propriam charitatem, sine cogente causa perdere tantum spirituales fructus, & in illo momento, à quo æternitas pendet, nolle adire securissimam salutis viam, præsertim in re, quæ sine difficultate aliqua fieri potest. Itaque consuetudo fidelium, suscipiendi hoc Sacramentum, non probat efficaciter speciale aliquod præceptum graviter obligans, quia tali animo non est introducta.

Atque ut esset hoc Sacramentum in præcepto, non tamen idcirco (ut notat Wiggers supra n. 11.) quælibet negligentia in ejus susceptione esset damnabilis; qui enim medicrem suæ salutis curam habent, videntur rarissimè judicandi hæc in re mortaliter negligentes; occurrunt enim multa, quæ possunt excusare; saltem à peccato mortali, ut imprimis quòd ignorent necessitatem suscipiendi hujus Sacramenti; aut si docti sint, quia contrarium sentiunt inter diversitatem sententiarum, secundò; quòd opinione sapientis fallantur, dum existimant se evafuros vim morbi, vel se in periculo mortis non verari; unde de hoc Sacramento minùs sunt solliciti. Tertio; quòd molestiæ & gravitate morbi obruti, non ita sint memores hujus Sacramenti suscipiendi; unde non minùs circa hoc præceptum, quàm circa alia contingit venialiter per negligentiam peccari; alioquin scribit Ruardus art. 11. vix à peccato mortali posse excusari, qui ex magna negligentia suscipere prætermittunt. Hæc Wiggers.

Sed Ruardus in lib. quo ego utor, art. 11. non tractat de hoc Sacramento: & art. 12. quod inscribitur de Confirmatione & Extrema Unctione, ad propositum nostrum ita ait: Sacramenta hæc contemnere, æstimando quasi Sacramenta non essent, nec ad salutem utilis, nisi nihili pendere, ut faciunt nunc heretici, mortale peccatum est, pertinens ad irreligiositatem, sicut contemnere consilia Evangelica, æstimando ea esse inutilia. . . Ex prædicto igitur contemptu hæc Sacramenta omittere, est mortale peccatum, in quantum à contemptu imperatur.

Est autem contemptus Sacramentorum, nolle eis subjici, tamquam remediis à Chrillo relictiis: quod si ex infidelitate contingit (aliquid tamen peccatum est, ab infidelitate specie distinctum, & sine infidelitate à plene credentibus contingere potest) est tamen quidam contemptus rei sacræ, secundum quem non pro dignitate æstimatur, quem non continuo oportet esse mortale peccatum, & proinde nec contemnere hæc Sacramenta ex hujusmodi contemptu. Nam ut B. Thom. dicit 3. part. q. 65. a. 4. ad 3. Non est contemptus Sacramenti ex hoc, quòd aliquis non curat ipsum Sacramentum suscipere, quòd non est de salutis necessitate. Alioquin, inquit, emat, qui

Sect. 3. De eius Ministro & Subiecto. Concl. 8. 471

qui non accipiunt Ordinem, & qui non contrahunt Matrimonium, contemnerent huiusmodi Sacramenta. Quia autem verba Iacobi invitantis sunt & consulentis: Inducat, inquit, Presbyteros Ecclesie, non est divinum præceptum de suscipienda Extrema Unctione: nec etiam Ecclesia legitur hoc statuisset.

Quæ per hoc confirmantur; quod tempore interdicti utrumque prohibetur ministrari, ut patet ex cap. Quod in te, de Pœnit. & remiss. Et cap. Permittimus, de Sent. excommunic. Item cap. Non est, de Sponsal. & Matrim. Rursus cap. Alma mater, de Sent. excom. lib. 6. quod fieri non posset, si essent Sacramenta necessitatis.

Quantum autem obligationis obtinuit apud Christianos consuetudo, incertum est, videtur tamen apud nos obligare, cum reprehensibilis passim iudicetur, & male facere, qui habitâ opportunitate non cupit à Sacerdote tempore periculosa infirmitatis inungi. Sed hæc ad articulum non pertinent, qui loquitur de necessitate, quam inducit effectus vel præceptum divinum. Hæc Ruardus.

Et multis interjectis sic concludit: Maximo igitur beneficio se privant, qui ob errorem vel negligentiam istud Sacramentum non suscipiunt. Et mirandum est, quod Ecclesia innocentes tempore interdicti tam salutari privat remedio, ob aliorum dumtaxat peccata. Sed cessabit admiratio, si attendatur, quod commoda & incommoda ob societatem communem, tam bonis, quam malis, debeant esse communia. Ita præfatus Auctor.

Quod autem vix à mortali possint excusari, qui ex magna negligentia suscipere prætermittunt, non lego in illo articulo, nisi per magnam negligentiam intelligas contemptum.

De qua negligentia intelligi potest & debet Doctor Seraphicus 4. dist. 23. ubi in expositione textus hæc verba Magistri: Et si ex contemptu vel negligentia Sacramentum hoc prætermittitur, periculosum est & damnabile, sic interpretatur: Dicendum, quod, Vel, non tenetur disjunctivè; sed magis intelligitur copulativè. Unde non intelligitur hoc de qualibet negligentia; sed solum de negligentia, quæ generat contemptum, sive quæ habet contemptum annexum.

Quæ verba sic perperam interpretatur Suarez disp. 44. sect. 1. n. 3. Bonaventura, inquit, in expositione textus illam particulam, Vel, pro copulativa, Et, exponit esse positam; quia nimirum singula membra sufficiunt ad tale peccatum. Unde subdit, ita esse iudicandum de hoc Sacramento, sicut iudicatur de Sacramento Altaris: ergo vel negat esse præceptum de Sacramento Altaris, quod credendum non est, vel affirmat esse de hoc Sacramento. Hæc ille.

Sed contra; si D. Bonaventura existimabat singula membra sufficere ad tale peccatum, cur illam particulam, Vel, pro copulativa, Et, exponit? Etenim particula, Vel, disjunctivè sumpta,

multò clariùs significat singula membra, seu potius solum negligentiam sufficere ad tale peccatum; & quia hoc displicebat Doctori Seraphico, ideo exponit ly Vel, copulativè, ut patet manifestè ex verbis relatis.

Quod autem subdit: Ita iudicandum est de hoc Sacramento; sicut iudicatur de Sacramento Altaris; Intelligendum est quando aliunde Sacramentum Altaris nec à Deo, nec ab Ecclesia est præceptum; vel sic, quando non est de necessitate salutis necessitate, inquam, nec medii nec præcepti, sicut in multis casibus non est; tunc enim non est peccatum mortale omisso Eucharistia ex qualibet negligentia, sed solum ex negligentia, quæ generat contemptum, sive quæ habet contemptum annexum.

Supponit ergo Bonavent. Sacramentum Extremæ Unctionis non esse de necessitate salutis, & ideo sic arguit contra Magist. Videtur male dicere; quia negligentia in his, quæ non sunt de necessitate salutis, non generat periculum, nec facit hominem dignum damnatione. Ergo quando inferius comparat Extremam Unctionem Eucharistia, loquitur de Eucharistia pro illo casu, in quo non est de necessitate salutis.

Ut sit de mente Doctoris Seraphici, Conclusio nostra est communis, nec hæcenus videri rationem vel auctoritatem, propter quam oportet ab ea recedere, vel cui debeat ulterius satisfieri, & ideo absolvendus foret moribundus, qui nollet hoc Sacramentum recipere; secluso contemptu & scandalo; quia si non tenetur sub mortali recipere, cur ei nolenti illud recipere negabitur Absolutio; perinde ac si peccaret mortaliter?

Illud tamen negari non potest, quod cum hoc Sacramentum nullam in sui susceptione difficultatem habeat, nullum annexum distinctum onus, difficillimum sit, infirmum sibi præsentem & monitum de hoc Sacramento, qui tamen illud recipere nollet, non peccare; eo enim ipso illud contemnere videretur, & sanè præsentibus esset maxima occasio scandali.

Unde de S. Antonio Paduano ita legitur in eius vita cap. 24. Cernentes igitur Fratres, qui aderant, felicem exitum adesse è proximo, sacram Unctionem ei impendere voluerunt. Vi autem vidit sanctus vir fratrem ex more sacri Oleum adportantem, intuens in eum ait illi: Hanc Unctionem ego habeo intrà me: etsi autem necesse non est, ut hanc mihi extrinsecus adhibeas, at placet tamen & utilis est. Suscepit igitur sacram Unctionem &c. non quia præcepta erat, alioquin necesse fuisset, eam sibi extrinsecus adhibere, sed ne adstantes scandalizaret, & ne videretur Sacramentum tam utile contemnere.

Sed numquid, quia infirmus non obligatur graviter, per se loquendo, suscipere illud Sacramentum; ideo etiam Parochus non obligatur graviter, per se loquendo, illud petenti administrare? Negat secunda pars Conclusionis, quæ

172. Tempore interdicti prohibetur Ext. Unct.

Quantum hic obliget consuetudo.

173. Sententia Doct. Seraphi de hac quaestione.

Interpretatio Suarez.

174. Rejicitur.

175. Supponit D. Bonav. Ext. Unct. non esse de necessitate salutis.

176. Videtur peccare qui absque ulla causa non vult suscipere hoc Sacramentum.

Exemplum S. Antonii Paduani.

177. Probatur 4. pars Concl.

quæ etiam communis est. Quæris rationem? Quia Parochus ex officio, adedque ex iustitia tenetur suas oves pascere; ergo tenetur eis ministrare ordinaria remedia, quæ Christus pro omnibus fidelibus reliquit, & quæ sunt in ordinario usu Ecclesiæ, quando opportuno tempore & secundum rectam rationem petuntur; unum autem ex his est Extrema Unctio: ergo &c.

Eandem porrò obligationem habent Episcopi in defectum Parochorum; quippe & isti Pastores sunt animarum, & ex iustitia etiam, per se vel per alium tenentur curam earum habere: ergo si Parochus & alii deficiant, ipsi per se tenentur ovibus providere remedia ordinaria salutis. Idemque sit iudicium de Prælati Regularem.

Quantum ad alios, qui non habent curam animarum, perspicue manifestum est non habere eos nisi obligationem charitatis, quando sine magna difficultate vel incommodo possunt proximo indigenti, tali remedio succurrere; quamvis enim non sit absolute necessarium, nisi in rarissimo casu; tamen valde utile est, ut jam non semel diximus; quidni ergo, qui à Deo accepit potestatem illud ministrandi, teneatur suam potestatem exercere ex charitate proximi, qui illud Sacramentum sibi ipsi non potest ministrare? Ita planè sentiendum est, & communiter sentiunt DD.

178. Disputatur autem, an cum periculo propriæ vitæ ad hoc teneantur, v. g. tempore pestis. Et quidem in casu rarissimo, quo infirmus esset in statu peccati mortalis, & alio medio non posset justificari, videri posset affirmative respondendum; sicut si non posset alio medio justificari, quàm Baptismo aut Absolutione sacramentali. Equidem cum non sit adhuc certum, inquit Arriaga hęc disp. 54. n. 9. quòd hoc Sacramentum possit conferre primam gratiam, videtur valde durum obligare Sacerdotem non Parochum, ad exponendam vitam suam, cum tam dubia spe utilitatis infirmi.

Respondetur; spem utilitatis infirmi non esse tam dubiam, cum etiam illi, qui negant effectum primæ gratiæ aliis Sacramentis vivorum, huic tamen concedant, eò quòd Iacobus dicat: *Et si in peccatis sit, remittentur ei.* Probabilissima ergo est hæc spes, ut patet ex dictis disp. 1. sect. 5. conclus. 5. ut proinde jure merito debeat quilibet ex charitate vitam suam temporalem pro ea exponere.

179. Atque ut Sacerdos simplex non deberet; saltem Parochus debet, qui multò magis obligatur suis subditis, à quibus etiam accipit stipendium. Quin immo non desunt, qui putant Parochum debere administrare hoc Sacramentum cum periculo vitæ, etiam in gravi tantum necessitate; dum quidem sine illo justificatio absolute possibilis est, sed non absque maxima difficultate, aut magna incertitudine; v. g. po-

test infirmum, qui tantum Catholicè vixit, probabiliter absolvere à peccatis sine periculo contagionis, non potest inungere, nisi cum periculo, quidni equidem teneatur inungere, si constet eum esse in statu peccati mortalis, & habere solam Attritionem? Sic enim multò certius justificabitur, quàm per solam Absolutionem.

Plus dico; Aliqui apud Suarez supra sect. 3. n. 6. docent, Parochum teneri administrare Sacramentum Extremæ Unctionis suis subditis, cum peste infectis, cum periculo contagii, sicut tenetur administrare Sacramentum Confessionis & Eucharistiæ. Fundamentum esse potest, quia Parochus non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia tenetur omnia hæc Sacramenta subditis ministrare: ergo &c.

Probatur Conseq. I. quia ad aliquid amplius tenetur Parochus in eo casu, quàm alius, qui non est Parochus. Secundò; quia propterea parotum annum alitur, & stipendium accipit, ut temporibus maximè necessariis, & quando ab aliis oves deseruntur, ipse subveniat, & leponat alicui periculo propter illas. Hæc enim iusta conditio tacite videtur inclusa in pacto inter Parochum & subditos. Tertio; quia alio tempore pestis totus populus esset destitutus ministris, qui ex obligatione teneantur hoc Sacramentum ministrare, quòd absurdum videtur, & contra bonum commune. Quarto; quia Deus vel miles in temporali militia sæpe obligatur exponere vitam suam corporalem majoribus periculis propter necessitatem, etiam si non sit extrema, sed ordinaria pertinente ad munus suum, ut est vigilare aut servare infidias debito loco & tempore.

Cur ergo non tenebitur etiam Parochus, ut suum munus exerceat circa subditum eo tempore, quo spiritualis pugna maximè erga illum exercetur, se exponere periculo vitæ corporalis, ministrando ei Sacramentum Unctionis, quòd opportunissimum est ad vincendas illius temporis tentationes, & ad disponendum animam perfecte ad beatitudinis consecutionem? Et in hanc sententiam ego, inquit Suarez supra, valè aliquando valde propensus, nunc autem illam esse moderandam censeo.

Et quomodo putas eam moderatur? Affertur (inquit n. 20.) Parochos seu Pastores propriis animarum teneri ministrare Sacramentum Extremæ Unctionis in tempore pestis, si id facere possint sine morali periculo vitæ, & ad hoc periculum vitandum tenentur adhibere convenientia remedia prudentium medicorum arbitrio, ut sine illo possint huic operi vacare: tamen non tenentur ministrare hoc Sacramentum cum morali periculo vitæ corporalis.

Probatur hæc moderatio: Quia hoc Sacramentum neque est medium necessarium ad salutem, neque ex divino precepto; & præterea supponit jam per se loquendo duo alia Sacramenta, quibus sufficienter subvenitur necessitati

Episcopi in defectum Parochorum tenentur ex iustitia ministrare hoc Sacramentum.

Alii solum ex charitate,

178. An cum periculo propriæ vitæ ad hoc teneantur.

Arriaga.

179. Saltem Parochus ad hoc videtur obligari.

tati subditi, & ideo si periculum revera ita imminet, ut hic & nunc vitari non possit, non sunt obligandi Pastores hoc Sacramentum ministrare.

Nihilominus tamen, quia hoc etiam Sacramentum est magnæ utilitatis, & per se spectat ad ministerium & obligationem Parochorum, tenentur prævenire periculum, si commodè possint, & tentare remedia convenientia, ut illud sine periculo probabili ministrarent. Partim anticipando collationem hujus Sacramenti statim in principio talis ægritudinis, priusquam multum inficere possit: quia cum hæc ægritudo sit per se lethalis, & aliàs sit adeò noxia & contagiosa, non oportet aliquem terminum ejus expectare, ut hoc Sacramentum detur, sed statim à principio dari potest. Partim procurando, ut in loco puro & libero æger constituatur sine vestibus quoad fieri possit. Partim utendo virgulâ aliquâ argenteâ oblongiori ad ungendum è distantiori loco. Partim adhibendo ea, quæ purè essentialia sunt, & brevissimâ morâ quoad fieri possit. Denique sumendo alia antidota ac præservativa, quæ ad hoc conferre possunt. Nam si his omnibus adhibitis remediis, iudicio peritorum Medicorum non sit morale periculum contagii, non sunt excusandi Parochi ab hoc mittere, etiamsi fortasse sit aliquid dubium, quod sæpius nascitur potius ex nimio timore, quàm teipsâ. Atque hoc observatum est in usu inter viros prudentes ac timoratos. Ita Suarez supra.

ret, qui verò cum causa, nullatenus. Hæc ille. Etc. 5. n. 39. ad eandem quæstionem Respondet, esse clarum, posse portari Extremam Unctionem sine lumine, & cæteris necessariis, quando est periculum in mora; quia, inquit, etiam in Cœna Domini accipitur à Cathedralibus & defertur sine lumine & superpelliceo per totas Dioceses.

Ad primam quæstionem Respondet idem Auctor supra n. 9. Si Curatus quando de nocte timet se vocandum pro infirmo periculoso, vesperare ferat oleum Extremæ Unctionis in cubiculo, ut vocatus expeditius vadat, non bene agit: sufficit, relinquat in Ecclesia in loco solito, & Curatus inde ea sumat.

Et subjungit n. 13. Sicut nec bene agit, si de nocte reversus ab Unctione infirmi, ut se citius expediat, oleum non referat ad solitum locum, sed retineat domi usque mane. Nullum tamen credo peccatum mortale citra scandalum vel periculum alicujus irreverentiæ, & in his observet Constitutiones sui Episcopi. Hæc ille.

Sed audiamus Arriagam de eadem quæstione. Hæc difficultas meo iudicio non est magna; non enim possumus prudenter dicere ex sola benedictione Episcopali tantam accrescere excellentiam illi oleo, ut si per mediam noctem non fervetur in loco sacro, eo ipso sit quis mortaliter peccaturus; cum vix in ipso Venerabili Sacramento videatur id sufficere ad mortale: si enim ferretur ad infirmum etiam duabus tribusve horis antequam posset ei dari, & ibi in mensa cum candelis servaretur, non videtur indecentia ad mortale, nec ad veniale sufficiens; in oleo autem, quod à Venerabili Sacramento infinitè distat, profectò id multò minus erit peccatum.

Rituale quidem præcipit illud servari in loco decenti & ornato; id autem intelligitur de loco constanti, ne fortè effundatur aut alia in ipsum fiat irreverentia. At quòd eo modo deportetur à Sacerdote in domum, & ibi in loco aliquo decenti fervetur de nocte ob causam supra positam, meo iudicio, neque veniale quidem est.

Immo quia sæculares vocant sæpè, quando jam infirmus est planè in extremis; & si de nocte Parochus primò deberet pro Oleo sancto ire ad Ecclesiam, dum se induit, dum it, &c. posset infirmus mori, fortasse esset expediens modo dicto illud apud se habere, quando ipsi constaret de aliquo infirmo gravissimè periclitante, pro quo putaret se eâ nocte vocandum. Ita hic Auctor.

Et confirmat suo iudicio evidentissimè: nam hoc sacrum Oleum portari solet per nuntios etiam simplices die Iovis sancto, dum post benedictionem illius simul cum Chrismate per Parochias Episcopatus distribuitur, ut die Sabbati sancti consecrari possit fons Baptismatis;

lemnitibus Possivinat. Barboza.

184. An peccet deferens oleum sacrum domi suæ.

Arriaga.

185. Quomodo intelligendum rituale, quod præcipit illud servari in loco decenti.

182. Hæc sententia sic mordera placet Arriaga.

183. An peccet Curatus deferens Extremam Unct. sine lumine aut ceteris so-

eo autem tempore jam in hoc sacro Oleo est tota quanta ratio, cur debeat reverenter tractari.

Neque ex eo, quod infirmus jam jam sit eo urgendus, debetur illi Oleo major reverentia: ergo si ab eis nuntiis (quia tunc est aliqua necessitas) licite sine ullo vel veniali peccato portatur sine solemnitate, cur quæso quod à Parocho (qui tamen jam est decentior persona, quàm bajulus) portetur secretò ad domum suam, decenter tamen & ob eam necessitatem, estò sine ulla solemnitate, dicere probabiliter possumus, eum committere in eum liquorem irreverentiam, ad venialiter peccandum sufficientem? Taceo autem, ut peccet mortaliter. Hucusque Arriaga.

Cui consentio, quia video quod sic à timoratis practicetur, scientibus nec contradicentibus, immo consentientibus Superioribus.

An autem eadem sit ratio Parochi, qui peractà Unctione, ut citius se expediat, oleum non refert ad solitum locum, sed retinet domi usque mane, pendet ab eo, quod illa expeditio sit, vel non sit iusta causa, quod relinquo prudenti judicio Parochi, qui melius potest scire, quæ & qualis sit expeditio, propter quam accelerandam, Oleum sacrum retinet domi usque mane. Et quoniam aliæ difficultates non succurrunt, hic erit limes præsentis Disputationis.

